












Publikationen

aus den


K. Preußischen Staatsarchiven.

Einundfünfzigster Band.

Hessisches Urkundenbuch 2. Abtheilung.

H. Reimer, Urkundenbuch zur Geschichte der Herren von Hanau und der ehemaligen Provinz Hanau. 2. Band.

Veranlaßt und unterstützt



durch die K. Archiv-Verwaltung.

Leipzig

Verlag von S. Hirzel

1892.

Arthur Wyss, editor.

Hessisches Urkundenbuch.

Zweite Abtheilung.

Urkundenbuch zur Geschichte der Herren von Hanau und der ehemaligen Provinz Hanau

von

Heinrich Reimer.

Zweiter Band.

1301—1349.

Mit einer Tafel in Lichtdruck.

Veranlaßt und unterstützt



durch die K. Archiv-Verwaltung.

Leipzig

Verlag von S. Hirzel

1892.

Vorwort.

Für den vorliegenden Band ist innerhalb der im ersten Bande[1]) angegebenen Grenzen die gleiche Vollständigkeit des Urkundenbestandes angestrebt worden, nur sind infolge der in diesem Zeitraume immer mehr anwachsenden Masse der Urkunden manche nur im Auszuge gebracht und als Anmerkung oder als Anhang gleichartigen Urkunden beigefügt worden. Daß auch einige Gültregister und Güterbeschreibungen mitgetheilt werden, wird hoffentlich willkommen sein. Leider sind die noch von Niedermayer vor etwa 30 Jahren benutzten Lagerbücher der Deutschordenscommende Frankfurt aus den Jahren 1331 flg., die für zahlreiche Orte unserer Gegend werthvolle Nachrichten enthalten müssen, wenigstens bis jetzt nicht wieder aufgefunden worden.

Für die deutschen Urkunden aus der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts, mehr noch freilich für die Folgezeit, macht die richtige Wiedergabe von uͤ, uͦ, ü Schwierigkeiten, namentlich uͦ und uͤ sind oft nicht zu unterscheiden; zuweilen steht ein deutlich geschriebenes e, wo o zu erwarten wäre, und nicht selten sind die Zeichen für den Umlaut überhaupt nicht zu erkennen. Wenn also auch versucht worden ist, das geschriebene genau wiederzugeben, so darf doch nicht verhehlt werden, daß Versehen nicht ganz zu vermeiden waren.

Im ersten Bande ist bei allen Urkunden der Aufbewahrungsort der dem Drucke zu Grunde liegenden Quellen angegeben worden, mit Ausnahme derjenigen, die, wie das Hanauer Urkundenarchiv, dem Marburger Staatsarchive angehören. Da aber für die mit dem Bestande des hiesigen

---

1) Bd. 48 d. „Publ. aus den Pr. Staatsarchiven“.

Staatsarchives nicht vertrauten Benutzer des Urkundenbuches im einzelnen Zweifel über den Aufbewahrungsort entstehen könnten, so ist zwar bei den Hanauer Urkunden die Angabe „Marburg, Staatsarchiv“ wie bisher fortgelassen, bei allen übrigen dem hiesigen Archive entnommenen Urkunden aber ausdrücklich angegeben worden.

Im Register ist diesmal auch das Vorkommen erhaltener Siegel (auch wenn es nur Bruchstücke waren) bei den einzelnen Sieglern hinter der Urkundennummer durch beigefügtes »sig.« hervorgehoben worden.

Die diesem Bande beigegebene Siegeltafel bringt:

1) Ulrichs II Reitersiegel, das er während seiner ganzen Regierungszeit gebrauchte, in den späteren Jahren freilich sehr selten. Abgebildet nach Nr. 506 (1338).

2) Ulrichs II erstes Secret, aus der Zeit, als er die Ritterwürde noch nicht erlangt hatte (vgl. Nr. 72). Es kommt vor an Urkunden von 1308—1311, abgebildet nach Nr. 102 (1311).

3) Ulrichs II zweites Secret, das mindestens seit 1329 gebraucht wurde, abgebildet nach Nr. 633 (1343). An je einer Urkunde von 1342 (Nr. 607) und 1345 (Nr. 684) hängt ein von diesem etwas abweichendes Siegel. Der Unterschied besteht darin, daß der Schwan unbedeutend schmächtiger, der Schild etwas kleiner und geneigter und zwischen Schild und Helm ein Zwischenraum ist. Beide Stempel brauchte Ulrich nebeneinander.

4) Zweites Siegel der Frau Agnes, abgebildet nach Nr. 182 (1317), der einzigen Urkunde an der es hängt. Im Jahre 1313 gebrauchte sie ein etwas breiteres Siegel (beschr. bei Nr. 130), seit mindestens 1321 ein rundes (beschr. bei Nr. 224).

5) Siegel der Schwester Ulrichs II, Adelheid von Weinsberg, abgebildet nach Nr. 421 (1334). Die undeutliche Umschrift lautet: ·S·SEC····· DEL·EYD'·DE·WINSBG.

6) Ulrich III drittes Secret, abgebildet nach Nr. 684 (1345). Sein erstes Secret hängt nur an der Urkunde Nr. 536 (1339), siehe die Beschreibung daselbst; das zweite brauchte er zur Besiegelung in den Jahren 1343—1344 (beschr. bei Nr. 626), das dritte seit 1345.

7) Siegel der Stadt Hanau, das älteste bis jetzt bekannte, abgebildet nach einer Urkunde von 1354 März 26. Zum ersten Male erhalten an der Urkunde Nr. 684 (1345), wird es bis 1447 gebraucht und war im Jahre 1458 bereits durch ein anderes ersetzt.

8) Siegel der Stadt Steinau, abgebildet nach einer Urkunde von 1458 (Hanau, Haussachen), doch gehört der Stempel noch dem 14. Jahrhundert an. Von den wenigen Urkunden des 14. Jahrhunderts, denen ein Siegel der Stadt angehängt war, ist es abgerissen und verloren gegangen.


9) Zweites Siegel der Stadt Windecken, im Gebrauche mindestens von 1343 (Nr. 618) bis 1458, abgebildet nach einer Urkunde von 1356 Januar 17. Ein älteres Siegel hatte fast den doppelten Durchmesser, aber das gleiche Bild und die gleiche Umschrift, und wurde noch im Jahre 1327 (Nr. 310) gebraucht.

10) Siegel des Landfriedens am Rheine, abgebildet nach Nr. 344 (1329).

11) Siegel des Landfriedens in der Wetterau, abgebildet nach einer Urkunde von 1360 Januar 30 (Hanauer Urkunden, Kaiser und Reich).

Marburg, im Januar 1892.

Reimer.



1. *Die stadt Frankfurt bezeugt, dass Gerlach von Rohrbach eine korngült von gütern zu Oberdorfelden an Wicker vom Widder verkauft habe. 1301 januar 14.*

1301 jan. 14.

Nos Heinricus scultetus, . . scabini et consules de Frankinvord. 5 Tenore presencium recognoscimus publice profitendo, quod Gerlacus de Rorbach miles noster concivis una cum Eberwino, Theoderico et Gerlaco filiis suis, quos quondam a domina Jutta de Cronenberg uxore eius legittima procreaverat, communicata manu parique consensu vendidit iusto vendicionis titulo Wicgero de Ariete et Katherine uxori 10 eius legittime nostris concivibus eorumque heredibus super uno manso proprietario in terminis superioris ville Dorvelden sito, quem quidem mansum dictus Gerlacus cum dicta uxore sua Jutta emerat et co*n*paraverat apud Wolframum Canpanarium ibidem, octo octalia siliginis Frankinvordensis mensure annue et perpetue pensionis. Que vero octo 15 octalia siliginis prefatis Wicgero suisque heredibus singulis annis infra duo festa assumpcionis et nativitatis beate Marie virginis debent porrigi Frankinvord et amministrari. Resignans et renuncians idem Gerlacus una cum dictis suis filiis omni iuri, quod eisdem in predictis octo octalibus siliginis conpetebat, promittens nichilominus prelibatis Wicgero 20 suisque heredibus de eadem pensione siliginis facere warandiam iustam, debitam et consuetam. Et super ipsa warandia facienda Heinricum de Hatzichenstein et Volradum quondam scultetum Frankinvordensem milites memoratis Wicgero et eius heredibus constituit fideiussores. Condictum est eciam, quod quocumque casu contingente sepedicti 25 Wicgerus vel sui heredes in predicta pensione siliginis inpedimenta paterentur, ipsi se de predicto manso, unde ipsa pensio siliginis derivatur, intromittere debebunt et ipsum mansum locare tamdiu, quousque ipsi suam pensionem siliginis neglectam penitus consequantur. Testes huius rei sunt: Arnoldus de Glauburg, Hertwicus de Alta domo, Sifri-30 dus de Gysinheim, Cunradus de Spira, Cunradus Burneflecke, Markolfus de Lintheim, Rudegerus et Ludewicus de Holtzhusen, Johannes Goltstein, scabini, et quamplures alii fide digni. In cuius rei testimonium et debitam firmitatem nos . . scultetus et . . scabini antedicti

ad rogatum parcium predictarum sigillum universitatis Frankinvordensis presentibus duximus appendendum. Actum anno domini M°.C°C°C°. primo, in crastino octave epiphanie domini.

Orig.-perg. Das siegel ist stark beschädigt. Lich, Arnsburger Urkunden. Gedr.: Böhmer Cod. M. F. 337, hiernach auszug in Thomas, Oberhof 444. 5

1301 jan. 28.

2. *König Albrecht erlaubt, dass Ulrich von Hanau reichslehenbare güter zu Ilbenstadt an das kloster Ilbenstadt verkaufe. Friedberg 1301 januar 28.*

Nos Albertus dei gra*c*ia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum noticiam volumus pervenire, quod vendicioni duorum man- 10 sorum sitorum in Elbestad descendentium a nobis et imperio feodali titulo honorabilibus viris . . preposito et conventui monasterii in Elbestad per nobilem virum Ulricum de Hanowe facte nostrum impertimur consensum pariter et assensum . . Volentes, ut iidem prepositus et conventus eosdem mansos seu hůbas proprietatis titulo debeant inantea 15 possidere. Potissimum cum idem Ulricus de Hanowe pro se et suis heredibus duos mansos sitos in Torvelden, quos titulo proprietatis possedit et habuit, nobis et imperio resignarit et eosdem denuo a nobis receperit feodali titulo possidendos. In cuius facti testimonium hanc li*tt*eram exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri. 20 Dat*um* in Frideberg, anno domini M°.CCC°. primo, indictione XIIII., V°. kal. Februarii, regni vero nostri anno tercio.

Orig.-perg. Es hängen noch die rothen und grünen seidenfäden an, das siegel selbst aber fehlt.
Ilbenstadt, Altleiningen — Westerburgisches archiv. 25

1301 febr. 19.

3. *Gottfried von Eppstein, propst von s. Peter zu Mainz, verzichtet zu gunsten seines kapitels auf die beanspruchte lieferung von brennholz aus dem Krotzenburger hofe. 1301 februar 19.*

Noverint universi presencium inspectores, quod nos Gotfridus de Eppenstein dei gra*c*ia prepositus ecclesie sancti Petri Magunt*ine* super 30 questione inter nos et ecclesiam nostram sancti Petri predictam suborta occasione quorumdam lignorum cremabilium ad estimacionem unius navis onerate, que nobis de curte in Crocenborg annuatim, prout credebamus, debuerant provenire, in quorum lignorum percepcione nec nos nec aliquem nostro nomine recognoscimus extitisse, plenius instructi 35 tam a personis dicte ecclesie quam ab aliis fidedignis nobis nichil servicii sive iuris posse co*m*petere vel debere presencium testimonio profitemur, appendentes presentibus nostrum sigillum in testimonium

evidens predictorum. Actum et datum anno domini M°.CCC°. primo, XI°. kal. Marcii.

Etwa gleichzeitige aufschrift der rückseite: *De Rünge (!) prepositi.*

Orig.-perg. Von dem spitzovalen siegel ist etwa die hälfte erhalten. Hanauer
5 Urkunden, Stift s. Peter zu Mainz.

4. *Die stadt Frankfurt erklärt, dass Hermann von Treys eine korngült zu Dörnigheim an Volkwin von Wetzlar verkauft habe.* 1301 *märz* 17. 1301 märz 17.

Nos Heinricus miles scultetus, . . scabini ceterique cives de Fran-
10 kinvord. Tenore presencium recognoscimus, quod Hermannus dictus de Treyse et Adilheidis uxor eius legittima nostri concives in nostri presencia constituti communicata manu parique consensu vendiderunt iusto vendicionis titulo Volcwino de Wetflaria et Gerdrudi uxori eius legittime nostris concivibus eorumque heredibus super dimidio manso
15 et uno quartali terre arabilis in terminis ville Durengheim sitis maldrum siliginis Frankinvordensis mensure singulis annis infra duo festa assumpcionis et nativitatis beate Marie virginis, ipsum maldrum siliginis dictis Volcwino suisque heredibus Frankinvord dandum et porrigendum. Resignantes et renunciantes dicti . . coniuges omni iuri,
20 quod eisdem in predicto maldro siliginis conpetebat, promittentes nichilominus prelibatis Volcwino suisque heredibus de ipso maldro siliginis facere warandiam iustam debitam et consuetam. Et super ipsis warandia facienda Heinricum Lebere, Johannem filium Ludewici Cerdonis, Heilmanum et Bertoldum fratres de Duringheim constituerunt
25 fideiussores et nichilominus dicti . . coniuges ad maiorem cautelam domum suam Sassenhusen pro subpignore obligarunt. Testes huius sunt: Arnoldus de Glauburg, Hertwicus de Alta domo, Sifridus de Gysenheim, Cunradus Burneflecke, Cunradus de Spira, Markolfus de Lintheim, Rudegerus et Ludewicus de Holczhusen, Johannes Goltstein,
30 scabini, et quamplures alii cives Frankinvordenses fidedigni. In cuius rei testimonium nos . . scultetus et . . scabini antedicti ad rogatum parcium presencium sigillum universitatis nostre presentibus duximus appendendum. Actum anno domini M°.C°C°C° primo, feria sexta ante dominicam iudica.

35 Orig.-perg. Siegel fehlt. Hanauer Urkunden, Frankfurter Bürger und Klöster.

5. *Die stadt Frankfurt bezeugt, dass die begine Adelheid von Fechenheim dem kloster Arnsburg genannten besitz in Frankfurt und Fechenheim vermacht habe.* 1301 *juni* 5. 1301 juni 5.

Nos Henricus miles scultetus et . . scabini de Frankenvord. Tenore presencium recognoscimus, quod Adelheidis begina nostra concivis de Vechinheim in nostri presentia constituta donavit donatione inter vivos et deputavit religiosis viris domino . . abbati et . . conventui monasterii in Arnsburg domum suam, quam inhabitat, apud domum 5 puerorum de Wollinstat sitam in Frankenvord post eius obitum et alia bona, quecunque habet et possidet ac habere dinoscitur in villa Vechinheim et in terminis eiusdem, sive sit in agris sive in ortis seu quocunque nomine censeantur. Ita sane, quod ipsa dicta bona possideat ad tempora sue vite; postquam de medio sublata fuerit, prefata bona 10 et predicta domus ad predictos . . abbatem et . . conventum dicti monasterii Arnsburg libere devolventur. Preterea si Kunegundis soror dicte Adelheidis ipsam supervixerit, prelibatam domum in Frankenvord ad eius vitam possidebit et inhabitabit, ea sane protestatione, quod ipsam domum per edificia emendare debebit, cum fuerit necesse, ita 15 quod ipsa domus in tali statu permaneat, quo ipsam intravit, alioquin ab ipsa domo per ipsos . . abbatem et . . conventum poterit amoveri, quod in optione dicti . . conventus stabit et stare debebit. Testes huius sunt: Arnoldus de Glouburg, Hertwinus de Alta domo, Cunradus de Spira, Cunradus Burneflecke, Sifridus de Gysinheim, Rude- 20 gerus et Ludewicus de Holzhusin, scabini, et quam plures alii fidedigni. In testimonium premissorum nos . . scultetus et . . scabini antedicti ad rogatum parcium predictarum sigillum universitatis Frankinvordensis presentibus duximus appendendum. Actum anno domini millesimo trecentesimo primo, in die beati Bonifacii. 25

Der druck von Böhmer, Cod. M. F. 339, wurde hier wiederholt, da das original in Lich nicht zugänglich war.

1301 aug. 24.

6. *Marquard von Preungesheim tauscht mit Volkwin von Wetzlar besitzungen in Frankfurt und umgegend.* 1301 *august* 24.

Ego Marquardus miles dictus de Bruningesheim. Recognosco pre- 30 sentibus publice profitendo, quod de scitu et consensu Henrici militis fratris mei et aliorum meorum coheredum ac bona et matura deliberacione prehabita necnon plenius utilitate, convenientia et profectu consideratis in concambio tradidi, donavi et assignavi Volgwino dicto de Wetflaria civi Frankenvordensi et heredibus et successoribus suis 35 novem iugera terre arabilis et quartale unum, quorum quedam iure proprietario et quedam in feodum possedi, que sita sunt in campis in hunc modum: videlicet quatuor iugera iuxta pascuam dictam Markebach in via, qua itur Eschirsheim. Item duo iugera cum dimidio sita sunt apud predicta quatuor iugera et tangunt ea uno fine. Item iuger 40

cum dimidio sita sunt versus villam Buckenheim et tangunt uno fine super Markebach pascuam predictam et fuerunt quondam Henrici dicti Babinbergeres. Item quinque quartalia sita sunt versus Buckenheim et tendunt uno fine ad agros dominarum de Trono et adiacent agris
5 magistri Marquardi de Bruningesheim, que iugera omnia ipsi Volgwino tamquam propria exemi et eximo libere possidenda. Et ipse Volgwinus e converso michi, meis heredibus et successoribus tradidit, donavit et assignavit iugera infrascripta, que omnia tamquam propria possedit, que in recompensam feudorum meorum et bonorum meis
10 feudis et bonis attribui et attribuo a me et successoribus meis possidenda et tenenda perpetuo, modo quo iugera per me in concambio superius assignata possedi. Que scilicet iugera in campis sita sunt in hunc modum: unus iuger cum dimidio sita sunt iuxta viam, qua itur Prumheim, et tangunt uno fine ipsam viam et fuerunt quondam
15 Friderici de Buckenheim. Item dimidium iuger situm est apud Cusam beginam de Frankenvord. Item versus Ginnenheim et Markebach unum iuger situm est. Item quinque quartalia pratorum sita in pratis ville Buckenheim attinentibus, que omnia fuerunt quondam Wecelonis. Item unum iuger situm est in novali et uno fine tendit super rubem
20 dictam Hartradisbuzs. Item dimidium iuger situm est in campis ville Husin. Item unum iuger cum dimidio sita sunt in campis ville Buckenheym an dem Langenstriche. Item unum iuger situm est an dem Vehewege. Item quartale unum situm est iuxta Steingrubin, que omnia etiam fuerunt quondam Wecelonis. Dico etiam et volo omni
25 dolo et fraude exclusis, quod si aliqui heredum seu successorum meorum ipsum Volgwinum vel suos heredis (!) in aliqua parte in prefatis iugeribus ipsis per me assignatis ut premittitur inpediverint et molestaverint, omnia iugera predicta michi per eumdem assignata ipse Volgwinus et sui heredes reaccipient et libere possidebunt. Et in
30 testimonium premissorum sigillum meum, una cum sigillo Henrici fratris mei predicti duxi presentibus litteris appendendum. Et ego Henricus miles predictus in testimonium veritatis, quod assensum et consensum meum premissis omnibus adhibuerim, sigillum meum una cum sigillo Marquardi fratris mei apposui huic carte. Datum et actum anno
35 domini millesimo trecentesimo primo, in die beati Bartolomei apostoli.

Auf der rückseite sind zwei aufschriften: »*Bockenheym*« und »*de bonis in Bugkenheim*«.

Orig.-perg. Zwei siegel: vom ersten, schildförmigen, ist nur ein bruchstück erhalten; das zweite ist rund und stark beschädigt, im wappen zeigt es die
40 zwei curven. Hanauer Urkunden, Frankfurter bürger. Gedr.: Böhmer Cod. M. F. 340.

1301 sept. 28.

7. *Die stadt Seligenstadt schliesst einen bund mit den vier wetterauischen reichsstädten.* 1301 *september* 28.

Nos . . advocatus, . . scabini . . consules et universi cives oppidi de Selingistad. Tenore presencium recognoscimus publice profitentes, quod cum nos sacro Romano imperio astricti, ligati, prout civitates Weteravie, videlicet Frankinvord, Frideberg, Wetflaria et Geylinhusen, sumus omni fidelitatis devocione et promptitudine famulatus subiugati, predictis Frankinvord, Fredeberg, Wetflaria et Geylinhusen oppidis astare consilio, auxilio et opere contra quoscu*m*que ipsorum iniuriatores et sacri Romani imperii emulos pro totis nostris viribus presentibus litteris nos ipsis astringimus fideliter et obligamus et hoc totis condicionibus et modis, quibus iam dicte civitates pro nobis ferendo auxilio et iuvamine se nobis suis litteris patentibus obligarunt. In testimonium et firmitatem omnium premissorum nos . . advocatus, . . scabini et consules ac universi cives de Selingistad predicti sigillum nostre universitatis presentibus duximus appendendum. Actum et datum anno domini M°CCC° primo, in vigilia beati Michahelis archangeli.

Orig.-perg. Das runde siegel ist wenig beschädigt. Wetzlar, stadtarchiv. BR reichssachen 253 nach einer abschrift.

1301 okt. 29.

8. *Kraft von Greifenstein verspricht, sich wegen der zerstörung seiner burg Greifenstein an den wetterauischen reichsstädten nicht rächen zu wollen.* 1301 *oktober* 29.

Nos . . Crafto de Grifensteine miles. Notum facimus presentium inspectoribus‖universis, quod super destructione castri nostri de Grifenstein, quam co*m*miserunt civitates de Frankenforde, de Vredeberg, de Wetfloria (!) et de Geylenhousen (!), et super eisdem civitatibus renunciamus omni actioni facte ex parte incliti domini quondam Adulfi Romanorum regis. Datum anno domini M°.CCC°. primo, in crastino beatorum Symonis et Jude apostolorum.

Orig.-perg. Das schildförmige siegel ist fast unbeschädigt. Wetzlar, stadtarchiv.

1301 nov. 29.

9. *Abt Dietrich von Seligenstadt schenkt seinem kloster die erkaufte hälfte der vogtei zu Bruchköbel.* 1301 *november* 29.

Nos Theodericus dei gracia abbas in Seligenstad, Magunt*ine* dyocesis, ordinis sancti Benedicti. Tenore presencium constare volumus Christi fidelibus universis. Cum nostre ecclesie cura vigili sollicitaque providencia utilitati sollerter intendamus, ex iniuncti dignitate

nobis officii ut tenemur, hinc est, quod nos in incolumi vita, mente sana, voluntate libera ob nostri memorandi memoriam dimidiam advocaciam in Bruchkebele apud Johannem armigerum generum quondam Johannis de Ruckingin militis et suam uxorem *comparavimus* et emi-
5 mus, et quam ipsi ab ecclesia iure feodali nostra et a nobis possidebant, pro centum libris hallensium minus una legali empcione a nobis facta et resignacione hinc inde per dictos coniuges coram nostris viris a nobis feodatis secundum usum debitum et consuetum. Quorum quidem denariorum predictorum due probe matrone, videlicet Beatrix et Rein-
10 hildis, triginta libras hallensium pro unius marce redditibus et Cunradus nostre ecclesie custos viginti libras hallensium pro sedecim solidis denariorum levium ex dicta advocacia ipsis perpetue annis singulis cedentibus et ad usum pium convertendis in nostra ecclesia persolvebant. Residuos quoque redditus dicte advocacie donamus,
15 conferimus et resignamus pio affectu pure propter deum nostre ecclesie perpetue possidendos, dicto thesaurario, vel qui deinceps pro officio custodie fuerit constitutus, disponente secundum hunc modum, quem volumus observari, videlicet quod in cena domini triginta pauperes perhenniter suscipiantur in consolacionem secundum consuetudinem,
20 qua eodem die electi gaudent pauperes et fruuntur. Insuper statuimus, ut in vigilia beate Elizabet in vesperis processio a dominio fiat ad capellam in honore ipsius dedicatam et ipsa (!) dies natalicius eiusdem in propria historia et missarum solempnitas in cappis secundum consuetudinem ecclesie celebretur. Quare dominis in vigilia duo quartalia
25 franconici vini et in die undecim solidi denariorum levium pro consolacione perpetue ordinamus et volumus ministrari. S*et* ne predicta nostra ordinacio per nostros in posterum successores calumpniam in aliquo paciatur, presentem litteram nostri sigilli munimine[1]) cum sigillo . . conventus nostre ecclesie, quod presentibus apponi petimus,
30 duximus roborandam in omnium premissorum robur et stabile firmamentum. Datum anno domini M°.CCC. primo, in vigilia beati Andree apostoli. Testes sunt: Fredericus prior, Symon camerarius, Cunradus custos, Petrus celerarius, Heinricus infirmarius[2]), Johannes hospitularius et quam plures alii domini de claustro fide digni, qui huic nostre
35 ordinacioni affuerunt.

Orig.-perg. 2 siegel: I spitzoval und gut erhalten (sitzender abt), II rund, stark beschädigt (im mittelbilde die beiden klosterheiligen). Hanauer Urkunden, Kloster Seligenstadt.

---

1) »munime« orig. 2) »infirmararius« orig.

1301 dec. 22.

10. *Arnold von Hohenfels u. a. tragen Ulrichen von Hanau einkünfte an genannten orten zu lehen auf. 1301 december 22.*

Ex diuturna successione temporum humane actiones poterunt exsufflari de medio, si non fuerint scripturarum roborate vallimento et ideo, que aguntur apud homines, debent non inmerito scriptorum ac sigillorum apicibus perhennari. Nos igitur Arnoldus miles, Wernherus de Hohenvilz fratres, Conradus de Hohenvilz dictus Scribere, Johannes Ridesel, Johannes de Palude in hiis scriptis recognoscimus publice profitendo, quod dilecto domino nostro nobili viro Odelrico de Hagenowe ac suis heredibus veris et legitimis pleno iure ac bona voluntate resignavimus quinque marcas pensionis annue de bonis nostris propriis ac hereditaribus (!) assignatis ipsorum quemlibet nostrum pro sua porcione tangencium locis atque sitibus, unam videlicet marcam in Persbach et in Engelenbach, unam in Roden, duas de curia in medio Rosphe, unam in Heymbach apud Burgemunden quiete et sine contradictione qualibet perpetue possidendas. Quas quidem ab ipso suisque heredibus in feodo recipimus in nostros utriusque sexus heredes devolucione feodali perpetualiter et equaliter successuros, et nos proinde predicto nostro domino iure homagii astringemur cum nostris heredibus. In cuius facti evidenciam et pleniorem certitudinem hanc li*tt*eram, quia sigillis propriis caremus, sigillis honorabilis viri Craphtonis de Hatzveld militis necnon universitatis in Wetthere petivimus communiri. Datum anno domini M°.CCC°. primo, undecimo kal. Januarii.

Orig.-perg. 2 braune siegel, I schildförmig: + · S · CRAFTONIS · IN · HATESWELT, mit dem doppelten hausanker im schilde, am rande beschädigt, II rund, nur zur hälfte erhalten. Hanauer Urkunden, Activlehen. Gedr.: Gründliche Untersuchung ob mit den Grafen 537 (auszug).

1301 dec. 28.

11. *König Albrecht verpfändet Ulrichen von Hanau die reichslehen und pfandschaften Gerlachs von Breuberg in und bei Frankfurt und Gelnhausen, die gerichte Selbold und Gründau. Speyer 1301 december 28.*

Albertus dei gr*a*cia Romanorum rex semper augustus. Tenore presencium notum facimus universis, quod, cum vir nobilis Ulricus de Hanowe fidelis noster dilectus nobis et imperio indefesse servierit, nos in recompensam expensarum suarum et dampnorum, si qua in obsequio nostro et imperii pertulit, eidem Ulrico omnia iudicia, feoda et obligaciones, que vel quas vir nobilis Gerlacus de Bruberch ab imperio in Franchenfurt et in terminis ibidem tenuit vel tenere dinoscitur, tytulo pignoris obligamus. [Preterea] addicimus obligando theloneum

nostrum in Franchenfurt, iudicia in Selbolt et in Grinda [nec non omnia] feoda castrensia spectancia in Geilenhusen, que prefatus Gerlacus de Bruberg tenuit, habenda [per ipsum] Ulricum de Hanowe, sicut eadem iudicia et feoda iam dictus Gerlacus de Bruberch tenuit
5 et possedit. Insuper obligacionis nomine assignamus prelibato Ulrico de Hanowe ungeltum in [Franchenfort a] festo sancte Walpurgis proxime affuturo ad quatuor annos continuos pro refusione dampnorum ut supra tetigimus [exhibendum]. In cuius rei testimonium exinde conscribi ac nostre [maiestatis] sigillo fecimus communiri. Datum Spire,
10 anno domini millesimo trecentesimo secundo, V. kalend. Januarii, indictione XV^{a}., regni vero nostri anno quarto.

Orig.-perg. Das majestätssiegel ist ganz zerbrochen. Die urkunde hat durch feuchtigkeit sehr gelitten und ist an den eingeklammerten stellen fast unleserlich. Hanauer Urkunden, Passivlehen.

15 12. *Die stadt Frankfurt bezeugt, dass Hermann Bruchwyhe dem Frankfurter leprosenhaus einen hof u. a. besitz zu Bischofsheim geschenkt habe.* 1302 *februar* 3.

1302 febr. 3.

Nos Heinricus miles scultetus et . . scabini de Frankinvord necnon Wortwinus scultetus et . . scabini de Byschovisheim. Tenore presen-
20 cium recognoscimus, quod Hermannus dictus Brůchwyhe, Petrissa et Methildis filie sue ob beneficium ipsis per religiosos viros . . magistrum et fratres domus leprosorum extra muros Frankinvordenses, qui ipsos in suum ordinem pie propter deum receperunt, dicti Hermannus et sue . . filie accedente consensu Hermanni et Volradi filiorum predicti
25 Hermanni communicata manu parique consensu ob remedium animarum suarum prefatis . . magistro et . . fratribus dicte domus leprosorum contulerunt et donaverunt donacione inter vivos curiam suam in villa Byschovisheim nuncupatam vulgariter sedilhoif et omnia alia bona sua, sive sint in vineis sive in agris, in terminis dicte ville sita cum omni
30 iure, quo eadem bona possiderunt. Resignantes et renunciantes coram . . sculteto et . . scabinis dicte ville Byschovisheim infra quatuor maccella, que vulgariter nuncupantur vier schirnen, omni iuri, quod eisdem in predictis curia et bonis conpetebat. Testes huius sunt: Arnoldus de Glauburg, Hertwicus de Alta domo, Sifridus de Gysin-
35 heim, Cunradus de Spira, Johannes Goltstein, Wortwinus scultetus, Cunradus dictus Weczil, Wortwinus et Cunradus de Bergin, scabini in Byschovisheim et quamplures alii fide digni. In cuius rei testimonium nos . . scabini de Frankinvord ad rogatum parcium predictarum sigillum universitatis oppidi nostri presentibus duximus appen-

dendum. Actum anno domini M°.CCC°. secundo, in crastino purificacionis beate Marie virginis.

Orig.-perg. Das runde siegel ist gut erhalten. Lich, Arnsburger Urkunden. Gedr.: Böhmer Cod. M. F. 343. Hiernach auszug in Thomas, Oberhof 445.

1302 april 1.

13. *Helfrich v. Rüdigheim und seine schwestern verkaufen dem kloster Arnsburg einkünfte zu Enkheim.* 1302 *april* 1.

Ego Heylfricus dictus de Rûdincheim, Happelo cognomento Forstmester sororius meus, Hadewigis uxor eius, Hyldegartis et Gerdrudis sorores mee. Recognoscimus litteras per presentes, quod viris religiosis domino . . abbati totique . . conventui monasterii in Arnsburg vendidimus redditus duorum botorum de uno anno et redditus quatuor botorum de sequenti anno et sic deinceps annis singulis perpetuo possidendos, qui quidem redditus nobis sicut nostris progenitoribus de curia dicta Enninkeim monasterii memorati, ut expressum est, videlicet uno anno duos et sequenti anno quatuor, in perpetuum conpetere dicebantur; renunciantes omni iuri, quod nobis posset cedere in eisdem. Huius rei testes sunt: Gyso de Steinfurt miles, Erwinus Leo, Gylbertus frater suus filii fratris Erwini Leonis monachi in Arnsburg, Erwinus, Gylbertus fratres filii quondam Gylberti Leonis de Echcile militis bone memorie et alii quamplures fide digni. In cuius rei testimonium ego Heylfricus, Happelo, Hadewigis, Hildegartis et Gerdrudis prefati presentes litteras strennuorum virorum sigillis videlicet Heylmanni cognomento Forstmester senioris necnon Erwini de Steinfurt militum petivimus fideliter communiri. Datum anno domini millesimo CCC° secundo, in dominica letare.

Orig.-perg. Das erste siegel fehlt, das zweite, schildförmig, ist sehr beschädigt, das wappen (vielleicht drei mauerhaken) undeutlich, umschrift . . . . CI FORSTMEI . . Hanauer Urkunden, Kloster Arnsburg. Ein zweites exemplar orig.-perg. mit zwei siegeln, Lich, Arnsburger Urkunden. Unvollständig gedr.: Baur, Arnsburger Urkundenbuch 738.

1302 mai 3.

14. *Markelo von Ossinheim schenkt dem weissfrauenkloster in Frankfurt bei der aufnahme seiner tochter Lysa güter zu Ginheim.* 1302 *mai* 3.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Markelo de Ossinheim civis Frankinvordensis ob recepcionem Lyse filie mee, quam religiose domine . . priorissa et . . conventus sanctimonialium ordinis Penitentum Frankinvord in suum ordinem et habitum pie propter deum et ad instanciam precum amicorum meorum receperunt, dictis . . priorisse et . . conventui accedente benivolo consensu Johannis et Dyne

liberorum meorum in annis etatis sue legittimis constitutis dedi, contuli, donavi et assignavi unum mansum terre arabilis in terminis ville Gynninheim situm et dimidietatem curie in ipsa villa ad ipsum mansum spectantem, post obitum Rychmudis relicte quondam Wernheri 5 dicti Falkin mei fratris civis Frankinvordensis ipsum mansum et dimidietatem curie iure proprietario perpetuo possidendum. Hoc sane addito, quod post obitum dicte Rychmudis, ut est pretactum, dicte priorissa et . . conventus Penitentum, que pro tempore fuerint, duodecim marcas denariorum Coloniensium legalis monete, quibuscumque 10 personis deputaverit sive assignaverit, dare et porrigere tenebuntur et ex tunc ipse mansus et pars curie antedicte libere et precise ad . . priorissam et . . conventum antedictas libere revertentur. Resignans et renuncians una cum dictis meis liberis omni iuri, quod nobis in predictis manso et parte curie conpetebat. Preterea Volradum quon- 15 dam scultetum, Cunradum de Spira et Johannem Goltstein pro Adilheide filia mea sub annis minus legittimis constituta prenotatis . . priorisse et . . conventui constitui fideiussores, quod quandocumque dicta Adilheidis ad annos etatis sue legittimos pervenerit, quod donacionem superius annotatam tenere debebit inviolabiliter ratam atque 20 gratam et renunciacionem ac resignacionem faciet de eisdem. Testes huius sunt: dominus Ditmarus decanus ecclesie Frankinvordensis, Arnoldus de Glauburg, Hertwicus de Alta domo, Sifridus de Gysinheim, Cunradus Burneflecke, Markolfus de Lintheim, Rudegerus et Ludewicus de Holtzhusen, scabini, et quam plures alii cives Frankin- 25 vordenses fidedigni. In cuius rei testimonium et firmitatem debitam omnium premissorum ad rogatum parcium predictarum nos . . scabini antedicti sigillum universitatis Frankinvordensis presentibus duximus appendendum. Actum anno domini M°.CCC°. secundo, feria quinta post dominicam quasimodogeniti.

30 Orig.-perg. Das runde siegel ist wenig beschädigt. Frankfurt, stadtarchiv, Katharinen- u. Weissfrauenstift. Gedr.: Böhmer Cod. M. F. 343.

15. *Das kloster Seligenstadt bezeugt die stiftung eines seelgerätes aus einkünften der vogtei Bruchköbel durch zwei bürgerinnen von Seligenstadt.* 1302 *juni* 29. 1302 juni 29.

35 Nos Th*eodericus* dei gracia abbas in Selgenstad, P. prior totusque . . conventus ibidem ordinis sancti Benedicti. Constare volumus presencium inspectoribus universis tam presentibus quam futuris publice profitentes, quod Beatrix et Reynheidis due probe matrone opidane in Selgenstad attendentes illud propheticum »Qui parce seminat parce

metet«, provenientes igitur diem messionis redditus unius marce perpetue cedende emerunt super advocatiam nostram in Bruchkebele pro XXX libris hallensium in pios usus nostre ecclesie convertende. Quam quidem advocaciam nos nobis et nostre ecclesie pro centum libris hallensium emimus et contraximus erga Johannem de Ruckingen armigerum iure fori quolibet debite observato. Statuerunt enim et ordinaverunt due predicte . . matrone duos cereos quatuor librarum de dicte marce redditibus co*n*parandos et a principio summe misse usque ad finem eiusdem quolibet die in magno candelabro ante altare summum in perpetuum conburendos in salutem suarum et omnium parentum earum remedium animarum. Et duobus cereis conbustis debent denuo duo reparari et hoc . . custode seu thesaurario nostre ecclesie procurante. Hac eciam condicione que sequitur observanda, si . . nos nostrique successores in predictorum luminum procuracione remissi vel inventi fuerimus negligentes, predicte due . . matrone vel earum heredes post ipsarum obitum hoc legatum duorum luminum a nobis poterunt revocare et alias, quocu*n*que ipsis placuerit, legabunt ad ipsarum libitum voluntatis. Set si revocari dictum legatum . . nos nostrique successores contradicimus, tunc . . ipsis sepedictis matronis vel eorum heredibus suos denarios videlicet XXX libras hallensium reddere tenemur integre et conplete. Ne huiusmodi ordinacio per nostros . . successores calumpniam in aliquo paciatur, presentem li*tt*eram sigillorum nostrorum munimine videlicet . . abbatis et . . conventus tradimus roboratam in omnium premissorum robur et stabile firmamentum. Testes autem, qui huic facto intererant, sunt omnes domini de conventu. Datum et actum anno domini millesimo CCC secundo, in die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Seligenstädter kopialbuch I. Darmstadt.

1302 juli 6.

16. *Friedrich von Seckbach und seine brüder und schwestern schenken dem kloster Arnsburg unter gewissen bedingungen haus, hof und güter zu Seckbach.* 1302 *juli* 6.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Fridericus, Cunradus, Hertwicus fratres, Hildegundis et Cunegundis sorores dictorum . . fratrum de Seckebach communicata manu parique consensu contulimus et donavimus donacione inter vivos religiosis viris domino . . abbati et . . conventui monasterii Arnsburg ordinis Cystercien*sium* Magunt*ine* dyocesis curiam et mansionem nostram in villa Seckebach et duos mansos cum dimidio ad ipsam curiam et mansionem pertinentes pie propter deum et ob remedium nostrarum animarum, recipiendo ab

eisdem . . abbate et . . conventu dicti monasterii ipsa bona quoad vixerimus pro una libra cere predicto monasterio singulis annis danda et porrigenda. Ea sane protestacione, quod si in vita nostra evidens et urgens necessitas nobis quod absit incubuerit, quod ipsa bona possu-
5 mus vendere et alienare pro nostra sustentacione dolo et fraude quibuslibet exceptis, si ipsum monasterium nobis quoad necessitatem nostram providere recusaret. Preterea quandocumque aliquis ex nobis . . fratribus et . . sororibus ab hac luce migraverit, reliqui ipsa bona possidebunt, ut superius est pretactum. Condictum est eciam, quod si
10 Katherina nostra consanguinea et Henricus noster consanguineus nos omnes . . fratres et . . sorores supervixerint, dictum monasterium de ipsis bonis dicte Katherine ad eius vitam singulis annis porriget sex octalia siliginis Frankinvordensis mensure, Henrico vero predicto antedictum monasterium eodem modo porriget decem octalia dicte mensure
15 pro vita sua; postquam vero dicti Katherina et Henricus ab hac luce migraverint, predicta pensio siliginis ad sepedictum monasterium Arnsburg libere redibit et devolvetur. Acta sunt hec premissa et ordinata coram . . sculteto et . . scabinis dicte ville Seckebach, in cuius territorio predicta bona sunt sita. Testes huius sunt: Henricus miles scul-
20 tetus, Arnoldus de Glouburg, Hertwicus de Alta domo, Cunradus de Spira, Sifridus de Gysinheim, Markolfus de Lintheim, Rudegerus et Ludewicus de Holzhusin, Johannes Golstein, scabini de Frankinvord et quamplures alii fidedigni. In huius rei testimonium nos Henricus scultetus et . . scabini de Frankinvord antedicti ad rogatum parcium,
25 prefatarum sigillum universitatis Frankinvordensis presentibus duximus appendendum. Actum et datum anno domini millesimo tricentesimo secundo, in octava beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Orig.-perg. Vom siegel ist etwas über die hälfte erhalten. Hanauer Urkunden, kloster Arnsburg. Ein zweites exemplar (orig.-perg. siegel wie oben)
30 befindet sich in Lich, Arnsburger Urkunden. Im auszuge gedr.: Baur, Arnsburger Urkundenbuch 227.

17. *Abt Heinrich V. v. Fulda und Ulrich I. v. Hanau einigen sich dahin, die entscheidung ihrer streitigkeiten wegen Umstadt u. a. genannten schiedsrichtern zu überlassen. Umstadt 1302 juli 16.* 1302 juli 16.

35 Wir Heinrich von gotes gnaden abbet ze Fulde und ich Ulrich herre von Hainowe tůn kunt und bekennen offenberliche allen den, die disen brief angesehen und horen lesen, daz wir nach unser frunde rate umme alsulche zweiunge, alse zwischen uns beiden was und noch ist, sin des einmůtliche gegangen, wir abbet Heinrich von unserwegen
40 uffe den edeln man hern Philippen von Minzemberg den herren und

uffe hern Gotfriden den probest von sende Petre, der da heizet von Stelkelberg, so han ich Ulrich von Hainowe gegangen von minen wegen uffe Johannen von dem Wasen und uffe Heilmannen von Tuttelnsheim, rittere. Were ez aber also, daz under disen viern keiner abegienge, oder dabi nicht gesin mochte von redelicher sache, von welhem teile der abegienge, der solde einen andern an sine stat setzen, ane geverde. Disen vorgenanten viern han wir bevolhen und volletlichen gewalt gegeben, daz sie ervarn suln an brîven, ob man sie haben mag, oder an lebendem urkunde oder an weln dingen sie ez ze rechte ervarn suln, wie der stift von Fulde und der edel man her Reinhart von Hainowe zum ersten ze houf quamen umme Omstat die stat und umme allez, daz dazu gehôret, und wie er dabi seze biz an sinen tot und wie sin sûn her Ulrich der vorgenante herre ez besitzen sulle und bizher besezzen habe. Daz suln die vier ervarn und suln daz recht daruber spreche uffe iren eit und wa sie besagen eintrechlichen den herren von Hainowe, daz sol er ufrichten innewendic einem mande. Dazselbe sol min herre der vorgenante abpet und sin stift, ob sie besaget werden eintrechliche, dem vorgenanten herren wider tuen. Wurden aber die viere an deheinen sachen zweiende, so han wir gekorn ze einen (!) uberman den edeln man Schenke Eberharden von Erpach; weme der gestet, daz sol vurganc haben und recht sin. Dise dinge suln geant sin vor sende Michels tage. Wer ez aber also, daz herren not oder ehafte not dem mittelman beneme, daz ez nicht von ime uzgerichtet wurde, so mag er einen andern tag ane geverde und unverzogeliche machen und dirre sache ein ende geben. Queme ez ouch also, daz dirre vorgenante mittelman dekeine wis bi disen dingen gesin mochte, so suln die viere einen andern an sine stat kiesen, der dieselben macht habe. Wir sprechen ouch, daz in dirre vorgenanten eit min herre von Fulde hat gelobet dem edeln manne hern Ulrich von Hainowe, und er ime ouch herwider, wa ir ein dem andern an sinen[1] burgmannen, an sinen burgern, an guete oder an luten, ez si swa ez si, dechein unrecht habe getan oder tû, da ez die vier besagen einmûtliche oder der uberman, ob sie zweien, daz suln sie widertuen. Diz han wir vorgenanten, wir abpet Heinrich von Fulde und ich Ulrich von Hainowe, in truwen gelobet, stete ze behalden, ane geverde, und geben daruber dise brive, versigelt beidersit mit unsern insigeln. Dise rede ist geschen und dise brive wurden gegeben ze Omstat in der stat, an dem mantage nach sende Margaretentage, do man zalte von gotes geburt dusent druhundert iar und in dem andern iare.

1) »sinem« orig.

Orig.-perg. mit zwei anhangenden siegeln (von Ulrich das reitersiegel), deren jedes etwas verletzt ist. München, reichsarchiv, Rheinpfalz, Städte und Dörfer. Nach abschrift des herrn Hans Bachmann. Regesta Boica V 30.

18. *König Albrecht bewilligt Ulrichen von Hanau ein gerichtsprivilegium. Speyer 1302 august 26.*

1302 aug. 26.

Nos Albertus dei gracia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum, quos oportunum nosse fuerit, notitiam cupimus pervenire, quod nos nobilem virum Ulricum de Hanowe fidelem nostrum dilectum ob ipsius grata gratanter nobis et imperio impensa servicia gracioso favore prosequi cupientes sibi de benignitate regia concedimus et indulgemus eidem, quod coram nullo iudice nisi coram nobis solummodo a quoquam debeat conveniri. Presentium testimonio litterarum. Datum in Spira, VII°. kalend. Septembr., anno domini millesimo trecentesimo secundo, indictione XV^a^., regni vero nostri anno quinto.

Orig.-perg. Das majestätssiegel ist am rande stark beschädigt. Hanauer Urkunden, Kaiserliche Privilegien. Gedr.: Gründliche Untersuchung ob mit den Grafen 10 und (unvollst.) Reichsfama XX 424.

19. *Elisabeth, die tochter Gerhard Lusches, überlässt besitzungen zu Gelnhausen und Meerholz an Arnold v. Glauburg als bezahlung einer schuld. 1302 september 29.*

1302 sept. 29.

Noverint universi presentium inspectores, quod ego Elizabeth quondam filia Gerhardi Luschi bone memorie honesto viro Arnoldo de Glauburg civi Franckfordensi et suis heredibus utriusque sexus talia bona prescripta (!), scilicet quinque iugera et dimidium vinearum, omnia prata mea sita prope Miroldes et domum unam, in quametipsa (!) moror, sitam apud valvam, que dicitur holtzdor, pro CCC libris[1]) hallensium, in quibus pater meus eidem Arnoldo tenebatur, voluntarie et deliberato animo resignavi, promittens eidem Arnoldo et suis heredibus debitam warandiam facere de premissis, renuncians insuper omni auxilio iuris canonici vel civilis, scripti vel non scripti, statuti vel statuendi, per que huiusmodi resignatio ab aliquo posset in posterum impugnari. Acta sunt hec presentibus honestis viris, videlicet Hartmanno sculteto, Hartmanno seniori (!) de Breydenbach, Friderico de Acie, Wernhero Aurisacco et Wortwico[2]) de Acie, scabinis in Geylnhausen, et quam[3]) pluribus fide dignis, qui eciam pro testibus sunt ascripti. Et nos scultetus, scabini et consules in Geylnhausen sigillum nostre civitatis ex peticione partium utrarumque huic littere

1) »libras« vorl. 2) »Weitwico« vorl. 3) »coram« vorl.

apponi fecimus in certitudinem premissorum. Datum anno domini MCCC secundo, in die Michaelis.

Der Comendthurey Franckfurth a. M. Documentenbuch f. 56. Stuttgart, staatsarchiv.

1302 okt. 19.

20. *Die geistlich gewordenen söhne des Frankfurter bürgers Conrad Hilde geben zwei weinberge bei Kilianstädten in erbpacht an Eberhard sohn Martins.* 1302 *oktober* 19. 5

Nos frater Johannes ordinis Predicatorum Franckfurdensium, Culmannus et Heilmannus fratres domus hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani in Franckfurt nati Conradi dicti Hilden civis Franckfurdensis. Tenore presencium recognoscimus publice profitendo[1], quod locavimus et presentibus locamus Eberhardo filio Martini de Kyliansteden et Hedewigi uxori eius legittime eorumque heredibus duas vineas tria iugera minus quartali continentes in terminis dicte ville Kyliansteden sitas, quarum vinearum una vulgariter nuncupatur an dem roden wege, reliqua vero vinea volgariter nuncupatur Mertins groszstucke, perpetue possidendas. Ea sane protestacione, quod prefati Ebirhardus suique heredes nobis singulis annis infra duo festa assumpcionis et nativitatis beate Marie virginis tenebuntur porrigere et presentare perpetuo octo octalia siliginis Franckfurdensis mensure annue pensionis et ipsa octo octalia siliginis nobis presentabunt Franckenfurd[2] in unam domum quam maluerimus suis[3] laboribus et expensis. Et si aliquis nostrum inter nos tres fratres ante alium decesserit, reliqui viventes ipsam pensionem siliginis tollent et percipient usibus suis applicandam. Preterea dicti Ebirhardus et eius coniunx pro se suisque heredibus in penam elegerunt, quod quandocumque[4] ipsi in presentacione dicte pensionis suo tempore, ut est pretactum, negligentes aut remissi[5] fuerint, prefate due vinee absque omni tradicione ipsorum coniugum et eorum heredum in manus nostras precise et de plano devolventur et cum eisdem disponemus et ordinabimus, quod nobis visum fuerit expedire. Testes huius sunt: Petrus custos, Johannes scolasticus ecclesie Franckfurdensis, Gerlacus miles de Rorbach, Theodericus filius suus, Conradus de Spira, Johannes Pellifex, Wernherus de Lympurg, magister Sigelo medicus, Nicolaus Rosa, frater Drabodo, Wernherus advocatus de Hanauwe, Rudolphus plebanus in Steden, Johannes Faber de Wonnecken, Drunckelinus scultetus, Wigandus de Dorvelden, Jacobus scolaris et quamplures alii

1) »profitenda« vorl. 2) »Franckenfurden« vorl. 3) »atque« vorl. 4) »quemcumque« vorl. 5) »premissa« vorl.

fidedigni. In cuius rei testimonium sigillum universitatis Franckfurdensis presentibus est appensum. Et nos scultetus et scabini Franckfurdenses recognoscimus ad peticionem parcium predictarum sigillum universitatis nostre presentibus appendisse. Actum anno domini MCCC
5 secundo, feria sexta post festum beati Galli.

Frankfurt, stadtarchiv, Johanniterbücher 15. Ebendaselbst eine urkunde vom 22. oktober 1302, in welcher der official des Frankfurter propstes diese verleihung bezeugt. Vor der aufführung der zeugen hat diese urkunde hinter dem worte »*expedire*« nachfolgenden zusatz: »*et nichilominus supradicti fratres aut*
10 *alter eorum, qui pro tempore fuerit, dabunt vel dabit de sua bursa annis singulis in festo beati Martini hyemalis nomine annui census*[1]) *quinque solidos denariorum levium et quatuor denarios leves Wedrebiensium denariorum et monete abbatisse et conventui sanctimonialium cenobii Veteris monasterii ordinis Cisterciensis in Maguntia*[2]) *de antedicta vinea nuncupata Mertins groszstucke supradictis coniugibus*
15 *seu eorum heredibus minime requisitis*«. Die zeugen sind dieselben wie in der urkunde vom 19. oktober, doch werden ausserdem noch angeführt: »*Ebirhardus de Furbach cantor ecclesie Franckfurdensis, Rabenoldus et Emercho de Steden*«, die beiden letzteren unmittelbar nach »*Drunckelinus scultetus*«. Die urkunde wird vom officiale sowie vom convente des klosters Altenmünster besiegelt »*feria*
20 *secunda post diem beati Galli*«.

21. *Dieselben söhne Conrads (Hilde) gen. v. Gelnhausen verkaufen den Frankfurter Johannitern die pacht von den in vorstehender urkunde genannten weinbergen zu Kilianstädten.* 1302 *november* 18.

1302 nov. 18.

Nos frater Johannes ordinis Predicatorum, Culmannus et Heyl-
25 mannus fratres domus hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani in Franckfurt nati Conradi dicti de Geylnhusen civis Franckfurdensis. Tenore presencium recognoscimus publice profitendo, quod nos de consensu et bona voluntate Conradi predicti et Grete parentum nostrorum civium Franckfurdensium vendidimus titulo iusto vendicionis[3]) religiosis
30 viris fratri Hermanno dicto Jude magistro ceterisque fratribus predicte domus sancti Johannis in Franckfurt octo octalia siliginis mensure Franckfurdensis annue et perpetue pensionis, que Eberhardus filius Martini et Hedewigis uxor eius legittima de Kyliansteden vel heredes ipsorum de duabus vineis tria iugera minus quartali continentibus in
35 terminis dicte ville Kiliansteden sitis una an dem roden wege, reliqua Mertins groszstucke nuncupatis singulis annis infra duo festa assumpcionis et nativitatis beate Marie virginis suis laboribus et expensis in curiam predictorum magistri et fratrum sancti Johannis in Franckfurt presentabunt. Hoc eciam addito, quod quandocumque prenotati Ebir-
40 hardus vel[4]) sui heredes in presentacione dictorum octo octalium sili-

1) »censita« vorl. 2) »Maguntin̄« vorl. 3) »vendencionis« vorl. 4) »vt« vorl.

ginis termino prenotato deficerent, vinee predicte ad manus predictorum magistri et fratrum sancti Johannis in Franckfurt, prout sepedicti Eberhardus et eius coniunx in penam elegerunt, sine contradictione qualibet devolventur; cum quibus vineis sepedicti magister et fratres disponere poterunt et ordinare, quidquid eorum placuerit voluntati. 5 In testimonium et firmitatem debitam premissorum sigillum universitatis Franckfurdensis presentibus est appensum. Et nos Heinricus miles scultetus et scabini de Franckfurt recognoscimus ad peticionem parcium predictarum sigillum universitatis nostre presentibus appendisse. Actum anno domini MCCC secundo, in octava beati Martini. 10

Frankfurt, stadtarchiv, Johanniterbücher 15.

1303 jan. 23.

22. *König Albrecht beauftragt den landvogt in der Wetterau, Ulrich v. Hanau, die dort entfremdeten reichsgüter wieder an das reich zu bringen. Speyer 1303 januar 23.*

tibus, donec dictum monasterium per largicionem fidelium ac recepcionem plurium puellarum incipiat adiuvante domino ulterius pullulare. De reliquis autem bonis nostris mobilibus et inmobilibus, hoc excepto quod inferius de libris nostris dicetur, sic ordinamus, videlicet quod tercia pars eorum perveniat ad heredes fratris nostri Hartmanni, alia 5 tercia ad heredes quondam fratris nostri Eberhardi et alia tercia ad heredes quondam sororis nostre Gerdrudis. De bonis quoque nostris sitis in Ostheim in dem Bachheim (!) sic statuimus ordinandum, quod heredes nostri dare debent monasterio sanctimonialium in Smerlbach quadraginta libras hallensium ad conparandum octo maldra siliginis, 10 que dari debent sanctimonialibus ibidem. Ipse quoque sanctimoniales in Smerlebach debent omni anno cantare hystoriam de benedicto corpore Jesu Christi et per octavam tempore consweto; quamdiu autem non dabuntur dicte quadraginte (!) libre de curti supradicta, solvi debent annuatim octo maldra siliginis mensure Aschaffenburgensis ad 15 complendum officium supradictum. De libris nostris sic eciam ordinamus, quod illi, qui inventi fuerint tempore mortis nostre, inter filios fratrum nostrorum et sororis nostre, qui clerici fuerint, equaliter dividantur. De bonis quoque, que ad heredes fratris nostri Hartmanni ex morte nostra pervenerint, sic specialiter ordinamus, ut filius eius 20 senior, si ad annos discrecionis ante mortem nostram vel in morte pervenerit, sit in illis bonis procurator et conservator coheredum suorum teneaturque eis de ipsis iustam facere racionem; quod si predictus filius ad annos discrecionis non pervenerit, volumus, quod Ernestus filius sororis nostre predicte heredum fratris nostri predicti 25 esse debeat procurator, donec perveniat unus de filiis prefati fratris nostri ad annos discrecionis, faciendo similiter de perceptis congruam racionem. Statuimus insuper, ut gardianus fratrum Minorum domus in Geylenhusen, qui pro tempore fuerit, et frater noster Ernestus eiusdem ordinis si vixerit, alioquin solus gardianus de consilio con- 30 ventus fratrum ibidem ordinis supradicti per modum superius annotatum instare[1]) debeant monasterium supradictum et eciam quantum possibile fuerit consumare. Quod si per aliquos annos sic remanserit, quod monasterium predictum propter aliquas causas non possit racionabiliter inchoari, volumus, ut redditus medii temporis futuro monasterio 35 integre conserventur, et in hoc quoque dicti gardiani et fratris nostri ac aliorum fratrum de conventu predicto consciencias honeramus. Quod si nulli clerici fuerint fratrum nostrorum et sororis nostre[2]), volumus, quod libri nostri predicti sint monasterii predicti. Preterea si cives

1) wohl verschrieben für »instaurare«. 2) hier ist etwa »filii« zu ergänzen. 40

Geylenhusenses forsitan monasterium predictum fieri non permitterent, volumus, ut gardianus et frater noster predicti per litteras apostolicas aut legatorum sedis apostolice aut ordinarii iudicium conpellant cives eosdem, ut permittant instaurari monasterium memoratum. Quod si
5 nec sic conpelli poterunt, volumus, ut idem monasterium in alio loco eiusdem civitatis, ubi expedire videbitur, curia nostra predicta vendita construatur. Postremo in hiis omnibus, que de bonis nostris predictis ordinavimus, reservamus nobis potestatem addendi, diminuendi et eciam, si aliqua essent dubia, declarandi. Testes autem huius testa-
10 menti et ultime voluntatis nostre sunt hii, videlicet: Syfridus nepos et notarius noster, Růdolfus de Růchingen et Balez frater eius, Johannes de Růdenkeym et Adolfus, famuli nostri, nec non Wenzelo faber noster et Concelinus de Geylenhusen et alii de Curwalia plurimi fidedigni. Ad maiorem quoque firmitatem huius ultime voluntatis et
15 ut omnis dubitacionis scrupulus auferatur, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum et actum in castro nostro quod Flumen dicitur, anno domini M°.CCC°. quinto, in crastino beati Gregorii.

Orig.-perg. Siegel fehlt. Hanauer Urkunden, Kloster Himmelau.

48. *Bischof Andreas von Würzburg gestattet, dass Konrad von*
20 *Trimberg seine vogtei und alle andern Würzburger lehen zu Hintersteinau und eine hube daselbst an das kloster Schlüchtern verkaufe.* *Würzburg* 1305 *mai* 22. 1305 mai 22.

Andreas dei gracia [episcopus Herbipolensis] inspectoribus presencium. Recognoscimus publice universis presentibus et futuris,
25 [quod] nobilis vir Cunradus de Trimperg consanguineus noster dilectus ad nostri [veniens presenciam] publice recognovit se viris religiosis Hartmanno abbati et conventui [monasterii in] Solitaria ordinis sancti Benedicti nostre dyocesis urgente debitorum necessitate eu[m ad hoc compellente] advocaciam super villam Hungersteinaha et homines [ibi-
30 dem cum] iurisd[ictionibus, iudiciis, ort]is, pratis, [pascuis, sil]vis, venacionibus, aquis aquarumque decursibus, piscariis [omnibusque aliis iuribus] et pertinenciis suis cultis et incultis, quesitis et non qu[esitis, quocumque nom]ine [censeantur, a nobis et e]cclesia n[ostra in feodum] procedentibus, quorum proprietas dicti monasterii existit,
35 p[ro precio trecentarum libra]rum hallensium minus viginti una libris hallensium rite [et rationabiliter vendidisse. Quod quidem precium confessus fuit se] habuisse, recepisse et in usus suos necessarios et uti[les convertisse, renuncians] excepcioni non numerate, non solute, non habite [pecunie, actioni doli mali in factum, restitucioni in inte-

grum, excepcioni] ultra dimidiam iusti precii et omni iuris auxilio [canonici et civilis, per quod] dicta posset vendicio impediri. Specialiter autem [idem nobilis et honesta matrona Agnes collateralis sua pro se et here]dibus suis firmiter promiserunt, quod inantea numquam in [dicta villa ab hominibus] servicium aliquod vel hospicium 5 seu herbergam [aliqualem exigent aliqualiter seu requirent nec eciam dicti homines ipsius] ville in quocumque excedentes eisdem vel heredibus s[uis pro excessibus huiusmodi] racione iudicii, cum ad dictos abbatem et conv[entum pertineat, aliquam emendam, sed ipsi abbati et eius officiato, quem ad] hoc instituerit, facere, prout ius ibidem 10 consuetudinarium [exegerit, tenebuntur]; hiis tamen duobus causis, videlicet fluencium [vulnerum et mortis, dumtaxat exceptis, que tamen ad dictum nobilem rac]ione cente pertinere debebunt. Preterea memoratus no[bilis publice recognovit] pro se et heredibus suis coadunata manu dicte sue [conthoralis prelibatis abbati et conventui curiam suam 15 ibidem sitam], que titulo proprietatis spectarat ad ipsum, pro precio [triginta librarum denario]rum Fuldensium bonorum et legalium sibi numeratorum et [eciam solutorum in parata pecunia similiter rite et racionabiliter vendidisse. Ver]um prefatus nobilis pro se, coniuge et heredibus [suis supradictam advocaciam] et homines, de quibus predi- 20 citur, cum iuribus, [redditibus et pertinenciis suis universis a nobis et ecclesia nostra in feodum] procedentibus in nostris manibus resignans petivit ins[tanter, ut illa memoratis ab]bati et conventui eorumque monasterio incorporare et [appropriare de nostra paterna sollicitudine dignaremur. Nos itaque atte]ndentes non modicum favorem iuris 25 existere, bona [ecclesiastica de laycorum manibus prorsus eripere et ad usum ecclesiasticum revocare sueque peticioni, cum equivalencia seu meliora] sua [propria nobis et] ecclesie nostre in recompensam eorundem donaverit suis patent[ibus litteris super eo datis, favora]biliter annuentes advocaciam et homines cum iuribus et [pertinenciis suis 30 universis, de quibus predicitur, r]esignata [recepimus] et iamdictis abbati et conventui eorumque monasterio de c[apituli nostri consilio et consensu donavimus presentibus et donamus, illa eisdem ap]propriando et perpetuis temporibus incorporando] seu eciam [applicando]. In quorum premissorum testimonium hoc scriptum nostro, [capituli et 35 nobilis prefa]torum sigillis est diligencius roboratum. Nos quoque He[nricus prepositus, Fredericus decanus to]tumque capitulum predicti [premissa] omnia de nostro consilio et consensu recognoscimus esse f[acta sigillum nostrum in eoru]ndem evidenciam hiis li*tt*eris appendentes. Nos quoque Cunradus de [Trimperg prenotatus] supradicta 40 omnia, sicut narrantur superius, recognoscimus esse facta, sigillum

[nostrum in premissorum testim]onium presentibus apponendo. Datum et actum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo quinto, XI°. kal. Junii, presentibus predictis Heinrico preposito et Friderico [decano, Wolframo] de Linach, Wolframo de Gruembach preposito ecclesie 5 Novi monasterii, Friderico de Stahelberg archidyacono, Heinrico de Stahelberg, nostre ecclesie predicte canonicis et pluribus aliis tes[tibus fide dig]nis.

Orig.-perg. Das siegel des bischofs fehlt, die beiden andern (das des kapitels oval) sind nur wenig beschädigt. Zur befestigung wurden rothe, gelbe, 10 grüne und blaue seidenfäden benutzt. Das original ist sehr beschädigt und die in klammern gesetzten stellen mussten aus abschriften des 15. und 16. jahrhunderts ergänzt werden. Hanauer Urkunden, Kloster Schlüchtern.

49. *Konrad von Trimberg verkauft dem kloster Schlüchtern seinen hof zu Hintersteinau.* 1305 (*zu mai* 22). 1305 (zu mai 22)

15 Nos Cunradus de Trimperc presentibus litteris recognoscimus publice profitentes, quod religiosis viris domino Hartmanno abbati necnon conventui ecclesie Solitariensis ordinis sancti Benedicti Herbipolensis dyocesis curiam sitam in villa Hungersteinaha cum omnibus attinentiis suis et iuribus intrinsecus et extrinsecus estimatis, quam hactenus 20 proprietatis titulo quiete possedimus, cum consensu integrali et manu coadunata matrone nostre legitime Agnetis nomine ac omnium heredum nostrorum penitus iam expresso et legitima renunciacione et simplici per nos facta pro summa triginta librarum Fuldensium denariorum bonorum et legalium vendidimus simpliciter et precise prefate 25 ecclesie perpetuis temporibus curiam cum suis appenditiis superius tactam omni iure et eo quo dicimur possedisse libere possidendam. In cuius vendicionis et contractus certitudinem pleniorem presentem cedulam predicto domino Hartmanno abbati ac conventui eorumque monasterio dedimus sigilli nostri patrocinio firmiter communitam. 30 Datum et actum anno domini M°.CCC°.V°. coram testibus subnotatis, videlicet: *Cunrado* et Hermanno militibus dictis de Hutin, Her*manno* capellano in Swarcevels, C. plebano in Ramundes, Alberto Eldelin, Her*manno* de Hûtin, Petro de Gruna, Her*manno* Kazzenbiz, Gunthero et Hermanno fratribus de Sluthere et aliis quam pluribus fide dignis.

35 Orig.-perg. An rothen seidenfäden hängt das beschädigte runde siegel (schild mit drei pfählen). Hanauer Urkunden, Kloster Schlüchtern. Verz.: Zeitschrift für hess. Geschichte N. F. VII 41.

50. *Graf Heinrich von Weilnau gestattet Ulrichen II von Hanau, über die burg Dorfelden und güter zu Butzbach frei zu verfügen.* 40 *Lübeck?* 1300 *mai* 26—1305 *juni* 3. 1300 mai 26 bis 1305 juni 3.

Noverint universi presentes inspecturi, quod nos H. comes de Wylnawe consentimus voluntarie et placet, quicquid avunculus noster dilectus Ulricus dominus de Hanaw facere decreverit cum castro dicto Dorfeldin et attinenciis atque bonis nostris sitis in Butspach, ratum habentes sive vendiderit vel inpignoraverit, qualicumque modo 5 pro nostris utilitatibus viderit faciendum. Et in testimonium presentes damus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in civitate Libicensi (!), in octava ascensionis domini.

Hanauer rothes kopialbuch f. 112v. Marburg. Nach nr. 800 des ersten bandes hatten die grafen Heinrich und Reinhard von Weilnau bis zum 14. august 10 1299 noch keinen besitz als erbe ihrer mutter Isengard erhalten, auch das wittum derselben versprach ihnen erst damals Ulrich I. binnen jahresfrist mit 80 mark jährlicher einkünfte anzuweisen; es ist anzunehmen, dass dafür die burg Dorfelden und güter zu Butzbach bestimmt wurden. Dann würde diese urkunde in die zeit zwischen 14. august 1299 und 6. märz 1306 (damals erscheint zuerst 15 Ulrich II. als regierender herr) gehören, oder, da sie am 8. tage nach himmelfahrt ausgestellt ist, in die zeit von 1300 mai 26—1305 juni 3. Vielleicht ist sie aus dem jahre 1304; damals wurden die irrungen zwischen Hanau und Falkenstein über das Münzenberger erbe beigelegt.

1305 juni 7.

51. *Walter von Cronberg schenkt dem kloster Arnsburg seine güter* 20 *in Langenselbold zur stiftung eines seelgedächtnisses.* 1305 *juni* 7.

In nomine sancte et individue trinitatis. Walterus de Croninberg miles omnibus in perpetuum. Ne per oblivionem apud posteros vergat in dubium, provida noscitur deliberacione indultum, ut id, quod a mortalibus agitur, ad perfectam futurorum notitiam scriptis attenticis 25 roboretur. Notum sit igitur presentibus et futuris litteras has visuris et audituris, quod ego Waltherus de Croninberg miles predictus attendens, quod pietatis opera non solum in hac vita sunt promovenda, verum etiam post mortem, si potest fieri, extendenda, corpore incolumi ac sana mente cum consensu filiorum meorum Waltheri ac Franconis 30 contuli atque dedi viris religiosis . . abbati et . . conventui monasterii in Arnsburg ordinis Cysterciensis Moguntine dyocesis bona mea, videlicet mansum unum terre arabilis, tertiam partem de quatuor iugeribus vinearum et tertiam partem unius curie in villa Selbůlt et in terminis eius sita pure pro elemosina propter deum ad percipiendam pensio- 35 nem bonorum eorundem in omnem eventum claustri ad tempora vite mee pro omnibus illis, quorum bonis seu rebus indebite usus fui, et post obitum meum eadem pensio in obitus mei anniversario . . conventui ecclesie in Arnsburg pro pitantia porrigetur, ut ipse deus pro peccatis meis, Hyldegundis uxoris mee pie recordationis ac omnium 40 progenitorum meorum eo citius fiat exorabilis et fratres ecclesie prefate nostri agant memoriam in ampliori studio caritatis. Que quidem

bona michi pro recompensatione quorundam bonorum per me post decessum collateralis mee antedicte apud Croninberg comparatorum a filiis meis Walthero et Frankone predictis in sepedicte ville Selbůlt iudicio in manus meas fuerunt libere resignata. Et misi prenotatos
5 viros . . abbatem et . . conventum in bonorum prescriptorum post resignationem ipsorum mihi a liberis meis factam residentiam corporalem, adiudicante diffinitam sententiam scabinorum prehabite ville Selbůlt me ab ipsis sententialiter requirente, et habebunt in eisdem bonis sicut de aliis bonis suis disponendi, ordinandi ac locandi liberam
10 facultatem. Renuncians nichilominus cum filiis meis sepius expressis Walthero et Frankone secundum consuetudinem iudicii memorate ville Selbůlt iuri, quod nobis in bonis prelibatis competere videbatur, ac singulis defensionibus, quibus istud instrumentum posset ullo umquam tempore annullari. Testes huius rei sunt: Rupertus de Buchees miles,
15 Hermannus de Weytflaria scultetus de Selbůlt, Nythardus, Heynricus dictus an deme Ende, Albertus frater Nythardi scabini et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde confectum ego Waltherus de Croninberg miles sigillo fratris mei Frankonis militis cum mei appensione sigilli obtinui roborari. Ego vero
20 Franko de Croninberg miles antedictus ad rogatum fratris mei Waltheri militis premissi presentes litteras sigillo meo duxi roborandas in evidentiam premissorum. Datum anno domini millesimo CCC°.V°. in crastino festi penthecostes.

Orig.-perg. Die beiden siegel sind sehr beschädigt. Hanauer Urkunden,
25 Kloster Arnsburg. Gedr.: Baur, Arnsburger Urkundenb. 739.

52. *König Albrecht verleiht die durch den tod Konrads von Issigheim erledigten reichslehen an Ulrich I von Hanau. Im lager bei Hall 1305 juli 23.* 1305 juli 23.

Nos Albertus dei gracia Romanorum rex [sem]per augustus. Ad
30 universorum noticiam volumus pervenire, quod nos grata et fructuosa servicia, que [nobilis] vir Ulricus [de Han]owe fidelis noster dilectus no[bis] et imperio hactenus exhibuit et inantea exhibere [poterit], favorabiliter intuentes sibi suisque heredibus feoda nobis et imperio ex morte quondam Cunradi de Ohsenheim militis ad presens vacancia,
35 que de iure conferre possumus, de nostra benignitate regia contulimus feodali titulo perpetuo possidenda, presencium testimonio litterarum. Dat*um* in castris prope Hallis, X°. kalend. Augusti, anno domini M°.CCC° quinto, regni vero nostri anno septimo.

Orig.-perg., an den eingeklammerten stellen von mäusen zerfressen. Das
40 majestätsiegel ist gut erhalten. Hanauer Urkunden, Passivlehen. BR 514, ausserdem erwähnt: Bernhard Antiqu. Wetter. 259.

1305 aug. 19.

53. *Das kloster Seligenstadt überlässt einen hof zu Praunheim in erbpacht an Hermann Schäfer.* 1305 *august* 19.

Nos Th*eodericus* dei gracia abbas, Petrus prior totusque conventus monasterii in Selginstad ordinis sancti Benedicti. Scire volumus universos tam posteros quam presentes, quod nos unanimiter et voluntarie locavimus et concessimus Hermanno Opilioni et suis heredibus moranti in villa dicta Prumheim curiam quandam sitam iuxta ecclesiam in villa predicta prioratui monasterii nostri attinentem, quam quidem curiam Heinricus dictus Liecher quondam inhabitabat, iure hereditario perpetuo[1]) possidendam. Ita quod idem Her. vel sui heredes singulis annis nomine census sculteto nostro ville dicte Essirsheim, qui tunc pro tempore fuerit, quadraginta denarios leves in festo beati Martini episcopi hiemalis secundum omnem modum et iusticiam iuris hereditarii presentent sine contradictione qualibet et persolvant. In quorum testimonium presentem litteram damus Hermanno predicto et eius heredibus sigillis nostris appensis fideliter communitam. Datum anno domini MCCCV., XIIII. kalendas Septembris.

Seligenstädter kopialbuch I. Darmstadt.

1305 sept. 3.

54. *Volgwin von Wetzlar und Gertrud seine frau übergeben dem Frankfurter weissfrauenkloster eine hube ackerlands zu Ginheim und statten ihre in das kloster aufgenommenen enkelinnen mit einem zins von häusern in Frankfurt aus.* 1305 *september* 3.

Nos Volgwinus de Wetflaria et Gerdrudis uxor eius legitima cives Frankenfordenses tenore presencium recognoscimus, quod communicata manu parique consensu ob receptionem Irmendrudis et Gerdrudis filiarum quondam Volgwini filii mei Volgwini antedicti, quas . . priorissa et conventus sanctimonialium ordinis Penitentum in Frankenford pie propter deum in suum ordinem receperunt, dictis . . priorisse et . . conventui[2]) unum mansum terre arabilis in terminis ville Gynnenheim situm accedente consensu . . fratrum dictarum Irmendrudis et Gerdrudis deputavimus et assignavimus et presentibus deputamus et assignamus ipsum mansum cum omni suo iure perpetuo tenendum et possidendum. Resignantes et renunciantes omni iuri iidem Volgwinus et eius coniunx unâ cum fratribus Irmendrudis et Gerdrudis predictarum, quod eisdem in predicto manso co*m*petebat seu co*m*petere videbatur. Preterea nos Volgwinus et Gerdrudis eius uxor antedicti recognoscimus, quod eciam communicata manu parique consensu post

1) hiernach »tuo« wiederholt. 2) »contui« orig.

nostrum amborum obitum pie propter deum et in remedium animarum nostrarum deputavimus et assignavimus et presentibus deputamus et assignamus supradictis Irmendrudi et Gerdrudi super quinque domunculis in nova curia nostra iuxta montem dictum Rossebuhel versus 5 murum civitatis in arto vico sitis, duas marcas denariorum legalis monete in Frankenford census annualis, ut eo melius in suo ordine sustententur. Ita sane, quod quecunque sororum antedictarum ante aliam ab hac luce migraverit, una marca ex illis duabus marcis pretactis ad ipsos . . priorissam et . . conventum derivabit, secunda vero 10 sorore de medio eciam sublata, reliqua marca denariorum eodem modo apud dictos . . priorissam et . . conventum perpetuo remanebit. Testes huius rei sunt: Cunradus de Spira, Sifridus de Gysenheim, Johannes Goltstein, Ludewicus de Holtzhusen, scabini, Henricus de Hachinberg et quamplures alii cives Frankenfordenses fidedigni. In 15 cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam sigillum universitatis Frankenfordensis per . . scabinos antedictos ad instantem rogatum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno domini M°.CCC°. quinto, feria sexta ante nativitatem Marie virginis gloriose.

Orig.-perg. Das siegel ist wenig beschädigt. Frankfurt, stadtarchiv, Weiss- 20 frauenstift. Gedr.: Böhmer Cod. M. F. 367.

55. *König Albrecht verleiht die erledigten reichslehen der von Goddelau und der Keppler von Rödelheim an Ulrich I von Hanau. Im lager bei Oberboihingen* 1305 *september* 17. — 1305 sept. 17.

Nos Albertus dei gracia Romanorum rex semper augustus. Ad 25 universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod attendentes fructuosa obsequia per nobilem virum Ulricum de Hanowe nobis et imperio exhibita et impensa considerantesque eiusdem Ulrici probitatis merita, quibus dinoscitur adornari, sibi universa feoda nobis et imperio ex morte quondam . . dictorum de Gotelach 30 et . . dictorum Capelere de Rettelnheim vacancia, feodis castrensibus dumtaxat exceptis, que nostre collacioni reservamus, duximus concedenda, eo iure possidenda, quo dicti de Gotelach et de Rettelnheim ea hactenus possederunt, presencium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore munitarum. Datum in castris prope Bungin- 35 gen, XV°. kal. Octobr*is*, indictione tercia, anno domini M°.CCC° quinto, regni vero nostri anno octavo.

Orig.-perg. Das majestätsiegel ist gebrochen. Hanauer Urkunden, Passivlehen. — BR 520.

1306 märz 8. 56. *Gerlach pfarrer zu Wachenbuchen bekennt, dass ihm das kloster Schmerlenbach einen weinberg zu Hochstadt auf lebenszeit verpachtet habe.* 1306 *märz* 8.

Noverint universi presencium litterarum inspectores, quod ego Gerlacus plebanus in Wachenbuchen vineam sitam in terminis ville Hohinstad ex parte abbatisse et conventus sanctimonialium in Smerlenbach pro annuo censu videlicet tribus solidis denariorum levium michi locata usque ad vite mee tantum tempora debeo retinere et non amplius et post mortem meam nullus meorum heredum debet ipsam abbatissam seu conventum in dicta vinea impedire. In cuius rei testimonium, quia sigillo careo, sigillum honorabilium virorum dominorum iudicum Aschaffenburgensium ad instantem peticionem meam presentibus est appensum. Datum anno domini MCCCVI., VIII. idus Marcii.

Gedr.: Würdtwein, Diplomataria I 365.

1306 märz 22. 57. *Das kloster Schlüchtern und Hertnid von Tafta tauschen güter zu Niedersteinau und Hintersteinau.* 1306 *märz* 22.

Nos Hartmannus abbas, prior totusque conventus ecclesie Solitariensis universis presentes litteras inspecturis cupimus esse notum, quod inter nos et Hertnidum de Tafta et suos heredes quoddam concambium, prout sequens litterarum series continet, dinoscitur ordinatum, videlicet quod predictus Hertnidus et Petrissa uxor eius et sui heredes ex una parte acceptaverunt a nobis unam curiam sitam in Nidersteina cum ceteris bonis et fructibus sibi annexis, que Wigandus dictus Trendel bone memorie dicte legavit ecclesie pro remedio anime sue.[1] Volumus igitur, ut prefatus Hertnidus, Petrissa uxor eius et sui heredes possideant dicta bona iure proprietario et hereditario ut veri de cetero possessores. Quod autem predictum concambium pro parte altera inpleretur, antedictus Hertnidus et sui heredes duos mansos sitos in Hungersteina fecerunt nobis et nostre ecclesie per manum honorabilis[2] viri Cunradi de Trincberch proprietatis tytulo applicari, unum scilicet mansum dictum Rudigeri Molendinarii, alium Gotfridi, quos sepedictus Hertnidus ab eodem domino Cunrado de Trinckberch antea iure habuit feodali. Testes autem huius rei sunt: Cunradus miles de Hutten, Cunradus miles de Butingen, Guntherus Stoltzenberch, Applo[3] Heldelin, Guntherus de Sluchteren, Her*mannus* Kazzenbiz, Her*mannus* de Sluchter et alii quam plures fide digni.

1) »aue« vorl. 2) »honorabilem« vorl. 3) »Applis« vorl.

Ad maiorem quoque certitudinem premissorum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum anno domini MCCCVI., feria tercia post dominicam qua cantatur iudica[1]).

Huttensches kopialb. I 111. Marburg.

5 58. *Die söhne Dietrich Zenechins verkaufen den deutschen herren von Sachsenhausen ihr gut bei Ginheim.* 1306 *mai* 12. 1306 mai 12.

Ego Cunradus canonicus Aschaffinburgensis et Theodericus frater meus filii quondam Theoderici dicti Zenechin militis tenore presentium publice profitemur, quod nos vendidimus, damus et tradidimus honora-
10 bilibus viris et religiosis fratribus domus Theutonice in Sassenhusen mansum nostrum situm in marka ville Gynnenheim[2]) ab omni decima excepto uno iugeri liberum ac solutum pro quinquaginta septem marcis pagamenti Frankinfurdensis rite ac rationabiliter perpetuo possedendum, quam pecuniam recepisse et in usus nostros convertisse presen-
15 tibus profitemur. In bonam autem warandiam, ut moris est et iuris, fideiussores eis damus honestos viros Heinricum quondam scultetum in Frankinfürt nostrum awunculum ac fratrem nostrum Wolframum milites, eo pacto, quod si dicti fratres impedimentum in dicto mansu aliquod paterentur, extunc dicti . . milites more fideiussorio monitione
20 premissa Frankinfürt in hospitio publico se recipient tamdiu ibidem permansuri, quousque a quolibet impedimento ipsis fratribus per nos fuerit totaliter satisfactum. Huius rei testes sunt: . . milites supradicti, frater Fridericus ordinis Cysterciens*ium*, Marfilius sacerdos, Wigandus Traper*er*, Heilmannus, Gerhardus, fratres domus predicte in
25 Sassenhusen et quamplures alii fidedigni. In huius vendicionis et rei geste certitudinem presentem li*tt*eram conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum et actum anno domini M°.CCC°.VI°., IIII°. idus Maii.

Orig.-perg. Die beiden siegel sind spitzoval. Die umschrift des ersten
30 lautet: S·CONRADI·CAN·ECCE·ASCHAF·ENBVRG·······LLINGEN; es ist fast unverletzt; die des zweiten, oben am rande beschädigten lautet: S·TH·CAN·ASSCAFFINBVRG·· An der unteren spitze des siegels befindet sich ein wappenschild mit den beiden curven der Schelme. Stuttgart, staatsarchiv. Angeführt von Niedermayer, Deutschordenscommende Frankfurt 131.

---

35 1) Im jahre 1308 erwarb das kloster neuen besitz zu Hintersteinau. Das alte repertorium bewahrt darüber folgenden auszug: »*Ein brive wie Werner und Johan von Bleichenbach abten und convente zu Schluchter alle ire gutter und gerechtigkeit zu Hungersteinaw zw kauffen geben*«. 2) in demselben jahre verkaufte Hennemann von Ginheim an Heinzlin Junker zu Nassau um 96 pfund heller 12 achtel korn gült
40 von etlichen geländen zu Ginheim. Niedermayer a. a. o. 132.

1306 mai 26.

59. *Abt Simon von Hersfeld belehnt Ulrich II von Hanau mit dem gerichte Laubach.* 1306 *mai* 26.

Nos Symon dei gracia abbas Hersfeldensis tenore presentium ad universorum noticiam volumus pervenire, quod grata servicia, que nobilis vir Ulricus de Hainowe[1]) nobis et ecclesie Hersfeldensi 5 exhibere poterit favorabiliter intuentes sibi iurisdictionem in Loupach cum bonis ac universis iuribus et utilitatibus, quibus sui progenitores ipsam hactenus possederunt, contulimus et presentibus conferimus feodi titulo possidendam. Addicimus (!) insuper ex gracia speciali, quod si eundem Ulricum sine heredibus legittimis decedere contigerit, ex- 10 tunc Alheidis soror eiusdem Ulrici iurisdictioni et bonis memoratis succedet, ipsa a nobis et prelibata ecclesia in feodo possessura. Et in premissorum testimonium damus Ulrico et Alheidi prefatis presens scriptum nostri sigilli robore communitum. Dat*um* anno domini M°.CCC°VI^to^., VII° kalend. Junii. 15

Orig.-perg. Das runde siegel ist gut erhalten und zeigt einen sitzenden abt mit je einem sechsstrahligen sterne rechts und links. Hanauer Urkunden, Passivlehen.

1306 juli 29.

60. *König Albrecht sichert Adelheid von Hanau, für den fall kinderlosen todes ihres bruders Ulrichs II, die nachfolge in den* 20 *reichslehen zu. Frankfurt* 1306 *juli* 29.

Albertus dei gracia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, graciam suam et omne bonum. Pensat nostra serenitas, quod decet maiestatem regiam fidelium suorum devotis precibus inclinari et eorum desideriis 25 tam benignum prebere consensum, quod ipsorum devota fidelitas, fidelis devocio prompciori studio ad cuncta, que honoris sunt imperii, fervencioribus animis se disponant. Cupientes itaque nobilis pueri Ulrici de Hanowe fidelis nostri dilecti ob grata, que quondam Ulricus pater ipsius nobis et imperio gratanter impendit obsequia, iustis peti- 30 cionibus non deesse, de benignitate regia concedimus et permittimus ac de plenitudine nostre benivolencie indulgemus, quod si eundem Ulricum absque heredibus legittimis carnis sue ab hac luce migrare contigerit, nobilis puella Alheidis ipsius soror omnia feoda, que ipse a nobis et sacro Romano tenet imperio, valeat retinere et pleno iure 35

1) schon im anfange dieses jahres oder ende des vorigen scheint Ulrich I gestorben zu sein; seinem sohne, dem jungherrn Ulrich, tragen am 6. März 1306 ritter Konrad von Cleen und Irmgard seine frau an stelle eines verkauften gutes in Büdesheim, besitzungen in Düdelsheim zu lehen auf. Orig.-perg. Hanauer Lehenurkunden.

tanquam heres succedere[1]) in eisdem. In premissorum evidens testimonium et cautelam sigillum maiestatis nostre presentibus est appensum. Da*tum* in Frankenfurt, IIII°. kalend. Augusti, anno domini M°CCC° sexto, regni vero nostri anno octavo.

5 Orig.-perg. Das majestätsiegel ist stark beschädigt. Hanauer Urkunden, Passivlehen. — BR 549, ausserdem gedruckt: Documentirte Vorstellung, was es eigentlich vor eine Beschaffenheit mit denen Reichslehen der Graffschaft Hanau-Müntzenberg habe 182, Species facti et status causae . . in Sachen . . Hessen-Cassel . . contra . . Mayntz, den Hanauischen antheil am freigericht vom Berg 10 Welmitzheim betr. Beilage Kk, Acta Hanoviensia . . in Sachen Hessen-Cassel und Chur Mainz den Hanauischen Antheil an dem Freigericht betr. I 90.

61. *Abt Heinrich V von Fulda bestätigt das testament des propstes Gottfried von s. Peter bei Fulda. 1306 november 25.*

1306 nov. 25.

Datum per copiam. Nos Heinricus dei gracia Fuldensis ecclesie 15 abbas recognoscimus, quod dilectus filius noster in Christo Gôtfridus prepositus monasterii sancti Petri prope Fuldam de nostra permissione et licencia duas hûbas in villa dicta Swalheim prope Frideberg sitas a quibusdam viris dictis Lewen de Steinfûrt, qui eas iure proprietario possiderant (!), et dimidietatem ville dicte Scintilspach a fratre suo 20 Ulrico ipsam proprietatis nomine possidente iusto empcionis titulo comparavit. De quibus tale nostro consensu sibi statuit testamentum, ut de proventibus in Scintilspach conventui maioris ecclesie in Fulda annuatim tria talenta Fuldensis monete in pane et vino, triginta videlicet solidi ad anniversarium suum et nobilis viri Ruperti de Steckeln- 25 berg patris sui devocius peragendum, triginta solidi ad diem beati Bartholomei apostoli, celebriter festinandam, conventui eciam sancti Petri prope Fuldam ad melioracionem cene tria talenta Fuldensium denariorum, item de reditibus hubarum prescriptarum conventui sancte Marie triginta solidi hallensium pro pane et vino, conventui sancti 30 Johannis totidem, conventui sancti Andree totidem, in anniversario scilicet quindecim solidi hallensium pro pane et vino, in octava sancti Petri quindecim solidi — que eciam octava tamquam dies festus sancti Petri debet in divinorum officiis sollempniter celebrari —, conventui in Blankenowe talentum hallensium pro pane et vino, in anniversario 35 decem solidi, in octava sancti Petri decem solidi, infirmis in hospitali maiori decem solidi hallensium, item infirmis apud pontem decem solidi hallensium in pane et vino annis singulis ministrentur. Quam amministracionem custos monasterii sancti Petri de prefatis reditibus quovis anno debet presignatis temporibus procurare. In cuius testa-

40 1) »succede« orig.

menti evidenciam atque robur presentem litteram nostro sigillo fecimus communiri. Datum anno domini MCCC sexto, in die sancte Katherine virginis et martiris gloriose.

Beglaubigte abschrift vom 9. juli 1322, perg.; siegel fehlt. Marburg, Fuldaer Urkunden, Propstei s. Peter. 5

1306 dec. 7.

62. *Ludwig Kalb von Weitershausen trägt Ulrich II von Hanau güter in Altenstadt zu lehen auf. 1306 december 7.*

Ad universorum noticiam presens scriptum intuencium ego Ludwicus miles dictus Kalph cupio publice pervenire, quod in reconpensam centum marcarum Aquiensium, quas recepi a nobili viro domino meo 10 Ulrico domino in Heynov preclare memorie racione omagii, quo sibi astrictum profiteor me fuisse, de consensu legittimorum heredum meorum omnia bona mea in villa Alstad sita in manus nobilis domicelli mei Ulrici domini in Heynov filii domini Ulrici quondam prenotati resignavi pariter et resigno et ab eodem domicello meo Ulrico 15 fateor me et meos heredes utriusque sexus eadem bona suscepisse tytulo feodali et debere me et meos heredes, ut premissum est, ea feodaliter perpetuo possidere. Insuper generi mei subnotati ex parte filiarum mearum antedicta bona in Alstad me defuncto una cum Ludwico filio meo ab antedicto domicello meo Ulrico in feodo suscipient 20 et feodali tytulo possidebunt. In premissorum omnium evidenciam adque robur pro me et Ludwico filio meo meum sigillum presentibus est appensum, verum generi mei videlicet Johannes de Valkinberg et Eberhardus de Sweynsberg pro se sigilla patrum suorum et Reynherus de Thalwik et Eylůngus de Breydinbach famuli pro se sua propria 25 sigilla in robur firmius premissorum presentibus similiter appenderunt. Insuper ut omnia prehabita in debito robore conserventur, sigillum civitatis Marpůrg huic littere est appositum, quod nos . . scabini eiusdem civitatis Marpurg ad instancias domini Ludwici Vituli et . . suorum heredum huic karthe recognoscimus appendisse. Testes pre- 30 missorum sunt: Henricus dictus Kalph, Hartmudus dictus Schůdsper et Johannes dictus Ryetesil milites, Ruklo Pinguis, Ludwicus et Růklo fratres ex Curia scabini in Marpůrg et quamplures alii fidedigni. Acta vero sunt hec anno dominice incarnacionis millesimo tricentesimo sexto, in crastino beati Nycolai episcopi et confessoris. 35

Orig.-perg. Von den siegeln sind die fünf ersten schildförmig. I, Ludowici Vituli de . Witersh . . . ., wappenbild eine scheere, wenig beschädigt. II, Ottonis de Falkenbe . ., im wappen zwei neben einander stehende schlüssel, wenig beschädigt. III, Schweinsberg, wappenbild: oben ein nach rechts schreitender löwe, darunter drei halbe und drei ganze rauten, sehr beschädigt. IV, Talwich, 40

im wappen ein geweih mit acht spitzen, an jeder eine rose; an einer ecke beschädigt. V, Breidenbach, wappenbild ein maueranker; am oberen rande beschädigt. VI, stadt Marburg, rund, gebrochen und am rande beschädigt. Hanauer Lehenurkunden, Kalb von Weitershausen. Gedr.: Gründliche Untersuchung ob
5 mit den Grafen 351 (auszug); ebenda im auszuge ein kürzerer lehensauftrag derselben güter vom 6. juni 1306, dessen original mit Ludwig Kalbs am rande beschädigtem siegel ebenfalls unter den lehenurkunden erhalten ist.

63. *Die stadt Frankfurt bezeugt, dass Erinbert von Praunheim und seine frau den deutschen herren von Sachsenhausen ihre be-*
10 *sitzungen in Praunheim und Frankfurt geschenkt haben.*
1307 *januar* 9.

1307 jan. 9.

Nos Volradus miles scultetus et . . scabini de Frankenford recognoscimus et constare cupimus presencium inspectoribus universis, quod Erinbertus de Prûmheim et Gerdrudis uxor eius legitima in nostri
15 presentia constituti communicata manu parique consensu, sponte ac voluntarie et non coacte domum, curiam et mansionem suas in Prûmheim[1]), domum suam iuxta Rossebûhel in Frankenford sitam ac omnia et singula alia ipsorum bona proprietaria, hereditaria et mobilia, quocumque nomine censeantur, que in presenti tenent et possident et in
20 posterum domino concedente poterunt adipisci, contulerunt et donaverunt donatione inter vivos, sicut etiam dicti Erinbertus et Gerdrudis coniuges recognoverunt se eandem donationem fecisse pure propter deum et in remedium animarum suarum, honestis et religiosis viris . . commendatori et . . fratribus domus Theuthonice ordinis sancte Marie
25 in Sassinhusen nostris concivibus dilectis ante viginti annos circa titulo et iure, quo ipsi Erinbertus et Gerdrudis coniuges ipsa bona, que in presenti tenent et in posterum adipiscenda possidere poterunt, perpetuo possidenda. Sunt autem hec bona proprietaria et hereditaria, que in agris arabilibus et pratis ipsi . . coniuges in presenti
30 tenent et possident, videlicet in terminis ville Prûmheim: in superiori campo duo iugera, die da stozsen ûf die Hedernburg, item tria iugera apud Wolframum militem de Sassinhusen, item unum iuger apud Cûnonem Ůbirhohe, item duo iugera uffe Ballinroit, item unum iuger super Frideberger wege, item dimidium iuger stozsit ûf die Stein-
35 bach. C. Item in campo inferiori: due particule continentes quinque quartalia, tendentes in die Bitzen, item unum iuger ûf dem Infalle, item dimidium iuger vel parum plus versus Hôsterwege. C. Item in secundo campo: dimidium iuger ûffe Hôsterwege, item duo iugera

1) Niedermayer bemerkt hierzu: »diese güter scheinen aus 3 huben und 7 morgen
40 wiesen bestanden zu haben, denn so viele hatte 1333 Wolfram von Praunheim gepachtet und gab dafür an das haus 36 achtel korn und 4 achtel waizen«.

an dem Gerin, item duo iugera tendentia ad montem versus silvam, item duo iugera ibidem, item tria iugera an der Menzir strazsin, item unum iuger apud quatuor iugera dotis ecclesie, item duo iugera dicta brevia apud iuger puerorum . . dicti Kulis militis, item dimidium iuger vel parum plus versus Steinbach, tendens super tercium campum, item super Reddelnheimer velde tria iugera vel parum minus, item in Hedernheimer velde septem quartalia ůffe Hedernheimer holtzwege, item tria quartalia apud Henricum Lẙchere. C. Item in tertio campo: in Urselere velde tria iugera apud unum iuger dotis ecclesie, item in eodem campo unum iuger an dem Goltgrabin, item ibidem unum iuger ultra viam ecclesie, item in campo Průmheim unum iuger stozset in die Steinbach, item septem quartalia bime Holingraben, item iuger et dimidium apud dominas de Rethers, item duo iugera et quartale stozsint an die Menzer strazse. C. Item unum iuger pratorum in dem Brůle an dem Ginnenheimer wege, item ultra viam predictam duo iugera pratorum, item tria quartalia pratorum an der weide, item duo iugera pratorum an dem Geren, item tria quartalia, die da stȯzsint ůf die Nyda, item duo iugera et dimidium dicta Specharteswise. Testes huius sunt: Hertwinus de Alta domo, Cunradus de Spira, Sifridus de Gysenheim, Rudegerus et Ludewicus de Holtzhusen, Johannes Goltstein, Markolfus de Lintheim, Johannes Pellifex, Wigelo de Wanebach scabini et quamplures alii cives Frankenfordenses fidedigni. In testimonium et firmitatem omnium premissorum nos . . scultetus et . . scabini supradicti ad rogatum partium predictarum sigillum universitatis Frankenfordensis presentibus duximus appendendum. Actum et datum anno domini millesimo tricentesimo septimo, secunda feria post epiphaniam domini.

Orig.-perg. Das siegel ist gut erhalten. Stuttgart, staatsarchiv. Angeführt von Niedermayer, die Deutschordenscommende Frankfurt a. M. 132.

1307 juli 16.

64. *Das kloster Schmerlenbach verkauft den Johannitern von Rüdigheim eine korngült zu Rüdigheim.* 1307 *juli* 16.

Nos Bertradis abbatissa totusque conventus sanctimonialium in Smerlenbach tenore presencium recognoscimus et notum facimus presencium inspectoribus universis, quod nos redditus annuos octo maldrorum siliginis, que habuimus in villa Rudinkeim, discretis viris et religiosis commendatori et conventui domus hospitalis sancti Johannis ibidem vendidimus, videlicet quodlibet maldrum pro sex libris hallensium, perpetuo possidendos. Insuper predicti commendator et conventus redditus septem maldrorum siliginis, quos in predicta villa Rudinkeim adhuc habemus, nobis ad civitatem Geilenhusen infra

assumpcionem et nativitatem beate virginis tempore messis presentabunt sub eorum laboribus et expensis. In quorum omnium testimonium nos commentator (!) et conventus predicti sigillum nostri conventus presentibus litteris duximus apponendum. Datum et actum anno domini
5 MCCCVII, in crastino divisionis apostolorum.

Gedr.: Würdtwein, Diplomataria I 369.

65. *Graf Ludwig von Rieneck stellt dem bischofe Andreas von Würzburg wegen verleihung der Brandensteinischen lehen einen revers aus. Karlburg 1307 juli 16.* 1307 juli 16.

10 Nos Ludewicus comes de Rienecke iunior harum serie litterarum recognoscimus publice universis presentibus et futuris, quod quia reverendus in Christo pater dominus Andreas episcopus Herbipolensis grata et utilia, que nos sibi et sue ecclesie impendimus, obsequia et gratiora et utiliora per nos eidem et sue ecclesie in posterum impen-
15 denda gratiosius intuendo nobis nostrisque heredibus legittimis universa et singula feoda sibi et dicte ecclesie sue ex morte nobilium virorum quondam de Brandenstein vacancia contulit nosque ad possidendum ea feodali titulo investivit rite et racionabiliter de eisdem, nos eidem domino episcopo promisimus et promittimus bona fide, quod si nos
20 in Brandenstein vel Slůther seu alibi in dictis feodis aliqua edificia castrensia erexerimus seu construxerimus, nos seu nostri heredes predicti cum illis perpetuo respiciemus fideliter ipsum dominum episcopum et suam ecclesiam memoratam. Si autem nos sine heredibus legittimis decedere contigerit, ipsa edificia castrensia cum aliis feodis preexpressis
25 ad dictum episcopum et suam ecclesiam libere revertentur. In quorum premissorum testimonium hanc litteram exinde conscriptam ipsi domino episcopo dedimus nostri sigilli patrocinio roboratam. Dat*um* in Karlburg, anno domini millesimo CCCVII°., XVII. kalend. Augusti.

Orig.-perg. Das runde wappensiegel ist am rande beschädigt. München,
30 reichsarchiv, Würzburg. Gedr.: Monumenta Boica XXVIII 382 (mit abkürzungen), Archiv des histor. Vereins für den Untermainkreis III[3] 28.

66. *Bischof Andreas von Würzburg belehnt den grafen Ludwig von Rieneck mit den erledigten lehen der edlen von Brandenstein. Karlburg 1307 juli 17.* 1307 juli 17.

35 Nos Andreas dei gracia episcopus Herbipolensis harum serie litterarum recognoscimus publice universis presentibus et futuris, quod nos grata et utilia, que nobilis vir Ludewicus comes de Rienecke iunior consanguineus noster dilectus nobis et ecclesie nostre impendit,

obsequia et graciora et utiliora per eundem nobis et nostre ecclesie imposterum impendenda graciosius intuentes sibi et suis heredibus legittimis universa et singula feoda nobis et dicte nostre ecclesie ex morte quondam nobilium virorum . . de Brandenstein vacancia contulimus et conferimus in hiis scriptis ipsumque ad possidendum ea feodali titulo investivimus rite et racionabiliter de eisdem. Huiusmodi condicione interposita et adiecta, quod si idem comes in Brandenstein vel Slůchter seu alibi in dictis feodis aliqua edificia castrensia erexerit seu construxerit, idem et sui heredes predicti cum illis perpetuo respicere tenebuntur fideliter nos et nostram ecclesiam memoratam. Si autem ipse noster consanguineus sine heredibus legittimis decesserit, ipsa edificia castrensia cum aliis feodis preexpressis ad nos et ad nostram ecclesiam libere revertentur. In quorum premissorum testimonium hanc litteram exinde conscriptam ipsi comiti dedimus nostri sigilli robore communitam. Datum Karlburg, anno domini M°CCC°VII°., XVI°. kalend. Augusti, pontificatus nostri anno IIII°.

Orig.-perg. Das ovale siegel ist beschädigt und gebrochen. Hanauer Urkunden, Passivlehen. — Gedr.: Hanauer Mittheilungen I 106 anm.; Zeitschrift für hess. Geschichte Neue Folge VII 41 im auszuge.

1307 okt. 25.

67. *Der Johannitermeister für Deutschland bezeugt, dass Hermann Halber und seine frau dem hause zu Rüdigheim zu einem seelgedächtnisse geld für ankauf eines weinbergs in Ravolzhausen geschenkt haben.* 1307 *oktober* 25.

Frater Helfricus de Ruedickheim magnus preceptor sacre domus hospitalis sancti Joannis Hierosolimitani per Alemaniam, Bohemiam etc. Recognoscimus, quod Hermannus miles dictus Halber [1]) et Lyssa bone memorie collateralis manu communi dederunt domui nostre in Ruedickheim duodecim marcas tres hallenses pro denario numeratos et pro vinea una in Ravoltzhusen conversos pro remedio animarum suarum ad testamentum sempiternum. Ita quod fratres dicte domus tenentur ampullam ardentem coram altare sancte Marie perpetuo procurare vinea de eadem, et si aliqua negligentia intervenerit irrationabilis, tunc dictis coniugibus et eorum heredibus pateret facultas huiusmodi pecuniam repetendi, testimonio litterarum. Datum anno domini M.CCCVII., octavo kalendas Novembris.

Johanniterbücher 22ª f. 19ᵇ. Frankfurt, stadtarchiv.

1) »Halter« vorl.

68. *Das kloster Konradsdorf verkauft eine geldgült von gütern zu Niedergründau auf dreizehn jahre an Hermann Buchener.* 1308 *februar* 22.

1308 febr. 22.

Frater Hermannus prepositus, magistra totusque conventus sororum in Conradisdorf ordinis Premonstratensis. Recognoscimus publice profitentes, quod Hermannus dictus Bůchennere et sui heredes concesserunt nobis tria talenta denariorum super bona nostra sita in[1]) inferiori Grinda, sub hac forma videlicet, quod ipse prefatus Hermannus et sui heredes infra tredecim annos proximos in predictis bonis sex solidos denariorum levium recipient annuatim; tredecim vero annis transactis eadem[2]) bona attinebunt nostre ecclesie sicut prius. Quod si forte nos vendere continget medio tempore bona prehabita, predicto Hermanno et suis heredibus prebere debemus primitus ad emendum. Huius testes sunt: dominus Gutwinus de Selbolt, frater Conradus dictus Winisberg de Conradisdorf, Henricus Wenman et Conradus Bůchennere. Adiectum est etiam, quod, si predictus Hermannus medio tempore decesserit, pro optimali capite sex solidos denariorum dabit. Datum et actum anno domini M°.CCC°.VIII[3]), in cathedra beati Petri apostoli. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari.

Orig.-perg. Die siegel fehlen. Rossla, gräfl. Stolbergisches archiv. Gedr.: Simon III 78.

69. *Das stift s. Peter zu Mainz klagt vor den Mainzer geistlichen richtern gegen die wittwe Johanns von Rannenberg wegen übergriffen zu Grosskrotzenburg.* 1308 *april* 6.

1308 april 6.

Coram vobis dominis iudicibus sancte Maguntine sedis dicit et proponit in iure sindicus seu procurator decani et capituli ecclesie sancti Petri Maguntine contra relictam quondam Johannis dicti de Rannenberg militis. Et dicit[4]), quod cum ipsa in bonis et hominibus eorum in villa Crotzenburg degentibus iniurias multas et dampna gravia hoc anno intulerit, eo quod armatos homines ibidem contra iusticiam locarat, qui hominibus ecclesie sancti Petri predicte incolis bladum, fenum, avenam, pullos et alias abstulerint[5]) violenter; quas iniurias et dampna estimant ad centum libras hallensium. Item proponit sindicus seu procurator predictus[6]) nomine quo supra contra

1) »in« fehlt im originale. 2) im originale doppelt. 3) »VIII« gleichzeitig über der zeile nachgetragen. 4) »de« vorl. 5) »abstuluerit« vorl. 6) »predicta« vorl.

relictam penam, quod cum idem Johannes miles, dum adhuc viveret, fuerit pro quibusdam spoliis et dampnis et violenciis a dominis iudicibus sedis predicte vinculo excommunicacionis innodatus et, ut ab eodem vinculo absolveretur, voluntarie se astrinxit, quod, si contra iusticiam decanum et capitulum prefatos in hominibus et bonis eorum 5 ullo umquam tempore dampnificaret, quod in centum libris hallensium pene nomine irremissibiliter solvere teneretur eisdem, et dum[1]) hoc compelli per iudices antedictos. Hoc petit sindicus et procurator predictus nomine quo supra cum expensis in lite factis et faciendis, salvo sibi iure addendi, m*uta*ndi, mi*nuen*di, co*rrigen*di. Item protestatur 10 quoque, quod non astringit se ad probandum omnia et singula premissa, sed ad ea tantum, que sibi sufficiunt pro sua intencione fundanda[2]). Huic libello respondebit feria sexta proxima post dominicam quasimodogeniti et fuit petitus sub anno domini MCCCVIII., VIII. idus Aprilis. 15

Kopiar I des stiftes s. Peter von Mainz. Darmstadt.

1308 juni 15.

70. *Schiedspruch zur beilegung der streitigkeiten zwischen den klöstern Selbold und Meerholz einerseits und den Frankfurter bürgern Lutz von Holzhausen und Johann von Glauburg andrerseits wegen des nachlasses Arnolds von Glauburg.* 1308 *juni* 15. 20

In nomine domini amen. Noverint universi presentium inspectores, quod cum religiosi viri . . prepositus et . . conventus monasterii in Selbold ac . . magistra et . . conventus sanctimonialium in Mẙroldes ordinis Premonstraten*sis* ex una, Lutzo de Holtzhusen et Johannes de Glauburg opidani in Frankenford ex parte altera super materia questi- 25 onis, que inter ipsas partes vertebatur coram reverendis dominis sancte Maguntine sedis . . iudicibus, mediantibus procuratoribus ipsarum hinc et inde partium in nos Albertum plebanum in Frankenford et Volradum militem scultetum ibidem tamquam in arbitros arbitratores seu amicabiles co*m*positores co*m*promiserint[3]), ita quod nos arbitri arbi- 30 tratores seu amicabiles co*m*positores habentes (!) plenam potestatem ordinandi, statuendi et pronunciandi super huiusmodi materia questionis inter ipsas partes diebus feriatis vel non feriatis, partibus presentibus vel absentibus, et nostram pronunciationem, ordinationem seu statutum sub pena centum librarum hallensium promiserint inviola- 35 biliter observare, sive processerit de amicicia seu de iure, prout in

1) ad? 2) »fudenda« vorl. 3) am 27. april (V. kal. Maii) d. j. bezeugten die Mainzer geistlichen richter diese annahme von schiedsrichtern. Orig.-perg. Frankfurt, archiv der freiherren v. Holzhausen. Gedr.: Böhmer Cod. M. F. 379.

li*tt*eris dominorum . . iudicum Magunt*inorum* sub sigillo dicte sedis sigillatis lucidius et plenius continetur, nos arbitri arbitratores seu amicabiles co*m*positores predicti recepto in nos huiusmodi arbitrio seu co*m*promisso in nomine domini de prefatarum partium scitu et vo-
5 luntate pronunciavimus et pronunciamus [1]) li*tt*eras per presentes, quod dicti Lutzo et Johannes prefatis . . preposito et . . conventui de Selbold in mutuo in presenti concedent et mutuent sexaginta quatuor marcas Coloniensium denariorum usualium a festo beati Michaelis archangeli nunc proxime affuturo ad annum, in ipso festo beati
10 Michaelis per dictos . . prepositum et . . conventum de Selbold dictis Lutzoni et Johanni seu eorum heredibus persolvendas. Item ordinamus et pronuntiamus, quod dicti Lutzo et Johannes . . magistre et . . conventui sanctimonialium in Mẙroldis iam in parata pecunia numerent et tradent viginti marcas Coloniensium denariorum usualium nulla-
15 tenus repetendas. Item ordinamus, statuimus et pronunciamus, quod prelibati . . prepositus et conventus in Selbold, . . magistra et . . conventus sanctimonialium in Mẙroldes pro se et suis successoribus renunciabunt et renuncient in presenti de omnibus bonis mobilibus et immobilibus quocu*m*que nomine censeantur per quondam Arnoldum
20 de Glauburg civem Frankenfordensem relictis nec umquam allocutiones ocasione fratris Lamberti in Selbold vel Hedewigis monialis in Mẙroldis liberorum supradicti Arnoldi facient vel exercent in iudicio ecclesiastico aut civili contra Lutzonem et Johannem vel eorum heredes supradictos. In huius ordinationis et pronunciationis evidens testi-
25 monium et roboris firmitatem nos . . arbitri arbitratores et amicabiles co*m*positores supradicti sigilla nostra una cum sigillis . . prepositi et . . magistre et . . conventuum supradictorum presentibus duximus appendenda. Et nos . . prepositus et . . conventus in Selbold, . . magistra et . . conventus sanctimonialium in Mẙroldes in observationem omnium
30 prescriptorum et roboris firmitatem sigilla nostra una cum sigillis . . arbitrorum nostrorum antedictorum hiis li*tt*eris sunt appensa. Acta et pronunciata sunt hec anno domini M°.CCC° octavo, sabbato post octavas penthecostes.

Orig.-perg. Von den vier siegeln sind I, III, IV spitzoval; davon III am
35 rande beschädigt, die andern gut erhalten; II schildförmig (grün), stark beschädigt. Frankfurt a. M., archiv der freiherrn v. Holzhausen.

71. *Frank und Johann von Cronberg überlassen ihren wald Forst bei Langendiebach gegen einen jährlichen zins erblich an den wirt Hartwin daselbst.* 1308 *juli* 9.

1308 juli 9.

40 1) im originale steht nur »pronuncia« (schluss einer zeile).

. . Nos . . Franko et . . Johannes fratres milites de Kroninberg notum facimus universis, ad quorum presenciam et audienciam hec litera pervenerit, et profitemur, quod concessimus nemus nostrum situm apud villam . . Langenditbach, quod vulgariter dicitur . . der Vorst, . . Hartwino cauponi ibidem et suis heredibus, sive sit cultum aut incultum, iure hereditario possidendum. Ipse ergo et sui heredes tenentur nobis dare annis singulis in octava epyphanie domini triginta solidos hallensium pro nemoris sua parte. Ut ista concessio rata permaneat et inconvulsa a nostris heredibus, nostra sigilla apposuimus in testimonium super eo . . Datum . . anno domini M°.CCC°VIII°., septimo idus Julii.

Orig.-perg. Von den siegeln ist I (rund) unbeschädigt, II (schildförmig) am rande verletzt. Wiesbaden, staatsarchiv. Gedr.: Rossel, Eberbacher Urkundenbuch II 516.

1308 sept. 17.

72. *Ulrich II v. Hanau überlässt dem kloster Arnsburg seine einkünfte in Butzbach, bis dasselbe daraus die ihm von Ulrich I vermachten vierhundert mark erhoben habe.* 1308 *september* 17.

Wir Ulrich herre zu Haunowe irkennin ůns unde dun kunth allen den, di dysin brib gesehin oydir gehoyrin, daz wir den geystlichin luyden deme abbide unde deme convente des cloysteres fon Arnsburg gesazth unde ufgelazin hon unde lazin uf an dysime geginwrtigin bribe alle ůnse gůlde unde unse gevelle, wy man si genennin mag, dy wir hon in deme dorf zů Bůtsbach oydir noch dinne gewinnin můygin, an penningin oydir an korne oydir an wilicher wise iz gevallin mag, daz si dy also lange ufheybin, biz daz si dy firehůndirth mark fon iare zů iaren ingenemin, dy unse seylige vadir her Ůlrich ettiswanne eyn herre zů Haunowe deme selbin cloystere zu Arnsburg zů seylgerede beshyth, dů fon dirre werlde sheydin solde. Unde sal daz geshehin mit dysin undirsheydin, dy hernoch gescribin steyn, daz ist, daz dy forgenantin geystlichin lůyde dyr abbit unde dir conventh alle ior, wile si dy gůylde inne hon, mit ůns oydir mit ůnsin ammitlůydin ůmme sente Walpurge dag rechenunge halden, wi vile en der gůylde wordin si, also lange biz si gerechinliche davone firhůndirth mark ufgehebin. Wanne oych daz geshehin ist, sů sollint dy vare gesprochinin gůylde zů ůns oydir zů ůnsin nochkůymelingin ledecliche wider gevallin. Unde sollint dir abbit unde dir convent ůns oydir ůnsin nochkůymelingin bewisin firzig mark ewigir gůylde an irme eygene, dy si mit den fůrgenantin firehůndirt marken koyfin unde zugen sollin; dy sůllint si besizzin ewecliche zů eyme ůmmirwerndin seylgerede, alse ůnse seylige vadir fůr sich unde

alle sine altforderin an sime ende besazte unde an sime leystin willin; doch mit deme undirsheyde, daz si der nemmelichin firzig marke alle ior echte mark wendin sollint an ûnsir altforderin iorgezith deme convente zû troyste unde sollint echte mark langin zû deme widemin 5 unde eyne mark zû eyme ewigin lichte des altaris, den unse foregesprochene vadir in deme selbin cloystere gezuygit hoth; dy andirin driunzvenzig mark sûllint si kerin an irn gemeynen nûzh alse andirs ire gûth, alsi wenen, daz iz en allir nûyzis si; unde alsûs sûllint si bezizzin dysi gûylde ewecliche ane alle widirsproche, dy wir oydir 10 keyn unsir nochkûymelinge ummir irdenkin moychtin. Unde zû eyner festenûnge dirre fûrgesprochenen dinge, dy weydir wir ioch keyn ûnsir erbin gebrechin inmûgin oydir insollin, so ha (!) wir gegebin dysin brib deme . . abbide und deme convente fon Arnsburg besigelit mit ûnseme ingesigele. Dit ist geshehin noch Cristis ge- 15 bûrth dusint ior drûhûndirth ior in deme echtin iare, an sente Lambrachtis dage.

Auf der rückseite fügte eine hand des 14. jahrh. der inhaltsangabe die worte zu: *postea mutavit, quando villam Butsbach alienavit in alios redditus, ut continetur in alia littera sua, et demum mutavit totum in ecclesiam de Treyse de consilio ex-* 20 *presso iurisperitorum.*

Orig.-perg. Das runde siegel (nr. 2 der siegeltafel) ist gut erhalten. An demselben hängt ein pergamentstreifen mit folgenden gleichzeitigen worten: »*sigillum domicellatus domini Ulrici de Hanowe iunioris, quo utebatur in iuventute sua ante militarem dignitatem*«. Lich, Arnsburger Urkunden. Gedr.: Baur, Arns- 25 burger Urkundenbuch 258.

73. *Graf Ludwig der jüngere von Rieneck belehnt mit gütern in Ramholzborn die töchter Gottfrieds, des schultheissen von Schwarzenfels, und Hertnid von Tafta.* 1309 *februar* 1.

1309 febr. 1.

Nos Ludewicus iunior comes de Renecke presencium inspecto- 30 ribus recognoscimus publice universis, quod nos bona sita in villa Ramundesburne quesita et eciam inquirenda, que bone memorie Gotfridus miles scultetus de Swartzenvels habuit hactenus et possedit, devotis Damburgi et Aleidi filiabus ipsius militis necnon Hertnido de Dafeda, Petrisse collaterali sue et ipsorum heredibus tam masculini 35 quam feminini sexus concessimus et in hiis scriptis concedimus a nobis et nostris successoribus in feodum perpetuo possidenda. Et in premissorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini MCCCIX., in vigilia purificacionis beate virginis Marie. Huic autem contractui et concessioni nostre intererant 40 Fridericus dictus Hoelin miles, Hermannus dictus Katzenbiz et plures alii fide digni. Datum et actum ut prius.

Huttensches kopialbuch I f. 111. Marburg. Vgl. Landau, Ritterb. III 196.

1309 febr. 4.

74. *Die stadt Gelnhausen bezeugt, dass die wittwe Hartmanns von Breitenbach und das kloster Marienborn ihren streit über das erbe Thilmann Kapmans der entscheidung von schiedsrichtern unterbreitet haben.* 1309 *februar* 4.

Nos scultetus, scabini et consules opidi Gelnhusensis[1]) recognoscimus per presentes, cupientes ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam lucide pervenire, quod discreta matrona Konsa relicta quondam Harttmanni de Breittenpach sue et heredum suorum nomine in nostra presencia constituta super omnibus causis, litibus, controversiis, discordiis et questionibus universis, que inter ipsam ex una suosque heredes et venerabilem dominam abbatissam totumque conventum sanctimonialium monasterii Fontis sancte Marie ex parte altera super hereditate quondam Thilmanni dicti Capman et Reinheidis nconiugum ec non Gertrudis filie eorundem coram reverendis dominis iudicibus[2]) s Moancteguntinensis sedis usque in hodiernum diem habitis atque motis in honorabiles[3]) viros dominum abbatem monasterii in Arnsburg, prepositum monasterii[4]) in Ilwenstat et magistrum Reinhardum canonicum[5]) ecclesie Frankenfordensis[6]) tanquam in arbitros arbitratores seu amicabiles[7]) compositores compromisit et compromittit voluntarie per presentes sub modis, pactis et condicionibus infrascriptis. Ita videlicet, quod iidem arbitri arbitratores seu amicabiles[8]) compositores omnes testes per abbatissam et conventum predictos primitus productos denuo convocare debeant et singulariter cuilibet testi dicta sua relegere, exponere, de verbo ad verbum diligenter inquirendo ab eo per iuramentum prius prestitum, si talia vera sint, que dixit, et si aliqua velit addere, corrigere vel minuere de predictis. Quibus additis, correctis vel minutis in dictis singulorum testium dicti arbitri arbitratores seu amicabiles[8]) compositores sui testes iuratos, quos ipsa Konsa super quibuscunque intencionibus et articulis ipsi Konse ad causam suam utilibus et proficuis[9]) producere voluerit, debent recipere et eos cum diligencia examinare. Quibus examinatis et eorum dictis et attestacionibus in scriptis redactis dederunt et concesserunt, dant et concedunt predictis suis arbitris arbitratoribus seu amicabilibus[10]) compositoribus in hiis scriptis plenam et liberam potestatem, quod ipsi tres vel duo ipsorum, si tercius cum eis concordare non poterit, possint et debeant tam super dicta causa quam etiam super expensis factis hinc[11]) inde in causa huiusmodi pronunciare, diffinire,

Abweichungen der vorlage: 1) Gelnhausienses. 2) judiciis. 3) honorem. 4) monasterium. 5) canonicus. 6) Franckfordiensis. 7) amitterabiles. 8) amittabiles. 9) prouituis. 10) amittabilibus. 11) huic.

arbitrari ac[1]) etiam ordinare et disponere et etiam componere inter ipsos in amicitia vel in iure, prout eis melius et utilius videbitur expedire. Promittentes pro se et suis heredibus omnibus sub pena sexaginta marcarum et sub periculo perditionis[2]) cause ratum tenere
5 et gratum et inviolabiliter perpetuis temporibus observare, quidquid iidem arbitri sui vel duo ipsorum pronunciaverint, diffiniverint seu etiam ordinaverint vel qualitercunque inter ipsos composuerint in amicicia vel in iure, et eorum pronunciationi, diffinicioni[3]), arbitrio, ordinacioni seu composicioni nunquam contrafacere vel venire verbo vel
10 opere, per se vel per suos, publice vel occulte. Preterea ad maiorem certitudinem premissorum domine abbatisse et conventui predictis discretos viros Fridericum de Eck seniorem, Wernherum dictum Fuszeckin, Wortwinum dictum an der Ecken et Johannem de Creinfelt cives in Gelnhusen suos constituit fideiussores presentibus et obligavit. Ita
15 quod, si dicta Konsa aut aliquis heredum suorum contra ordinationem seu composicionem predictorum suorum arbitrorum, ut est prescriptum, faceret[4]) vel veniret eam non observando, extunc dicti fideiussores ex parte abbatisse et conventus predictarum moniti exolvent fideiussionis debitum in civitate Gelnhusen more bonorum fideiussorum
20 debito et consueto. Et si fideiussorum[5]) predictorum aliquem quod absit[6]) decedere contigerit ab hac vita, debebit dicta[7]) Konsa infra mensem alium fideiussorem in locum defuncti subrogare eque bonum. Est etiam adiectum, quod si unus arbitrorum predictorum decesserit vel si forte arbitrium huiusmodi in se recipere noluerit[8]), alii duo
25 terciam personam communem, que neque ipsi Konse neque predictis abbatisse et conventui in aliquo attineat, debebunt assumere et eligere, que cum eis in arbitrio et compromisso huiusmodi procedat iuxta modum et[9]) formam suprascriptos. Testes huius rei sunt: honorabiles[10]) viri dominus Wigandus prepositus in Selbolt, Fridericus dictus von
30 der Ecken, Wortwinus dictus[11]) Grosze, Wernherus dictus Fuszecken, Wortwinus dictus an der Ecken, Wernherus dictus Goltsag, Johannes de Creinfelt, Sifridus de Breittenpach, cives et scabini in Gelnhusen, Richolffus filius Heilmanni, Gerbertus Ude cives Wetflarienses[12]), Johannes filius Ditwini de Fridberg, Cunradus[13]) de Breidenpach,
35 Sigebertus prepositus monasterii Fontis sancte Marie, frater Gotfridus et frater Cunradus conversi dicti[14]) monasterii et The. de Erford notarius sedis Moguntinensis et alii quam plures fide digni. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem dicta Konsa et sui here-

---

1) ad. 2) et predictione. 3) diffinitacioni. 4) facere. 5) fideiussorem.
40 6) obsit. 7) dicte. 8) voluerit. 9) fehlt. 10) honorabili. 11) dictum.
12) Wetflariensis. 13) Cuncz. 14) dictus.

des domine abbatisse et conventui monasterii supradicti dederunt has litteras sigillo civitatis Gelnhusensis [1]) firmiter communitas. Et nos scultetus, scabini et consules civitatis predicte ad peticionem sepedicte Konse et suorum heredum sigillum universitatis nostre duximus presentibus appendendum in testimonium super eo. Actum anno domini 5 M.III^c^IX., feria tercia proxima post purificacionem beate Marie virginis.

Marienborner kopialbuch. Büdingen.

1309 febr. 11. 75. *Das kloster Eberbach verkauft dem kloster Arnsburg seine einkünfte in Hüttengesäss u. a. o.* 1309 *februar* 11.

In presenti gesta depereunt lapsu temporis et evanescunt, nisi 10 scripturarum recipiant incrementum. Igitur nos frater Petrus dictus abbas et conventus monasterii in Ebirbach ordinis Cysterciensis Moguntine dyocesis vendidimus viris religiosis in Christo dilectis .. abbati totique conventui ecclesie de Arnsburg eiusdem ordinis ac dyocesis reditus nostros in villis subnotatis et in terminis earundem sitos, 15 videlicet in Hittingeseyze apud Geylnhusin triginta denarios Colonienses, item in Wanoldishusin iuxta Nydehe fertonem denariorum, item in Rockoldishusin prope Růmerode dimidiam marcam denariorum usualis monete titulo proprietatis in perpetuum possidendos pro quadam summa pecunie nobis tradita et soluta, renunciantes omni iuri, quod nobis 20 in dictis bonis competebat, volentes eos nichilominus de prefata vendicione loco et tempore legittime warandare. In cuius vendicionis nostre testimonium evidens sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M°.CCC°.IX°., III°. ydus Februarii.

Orig.-perg. Das spitzovale dunkelbraune siegel ist beschädigt. Lich, Arns- 25 burger Urkunden. Ein kurzer auszug bei Baur, Arnsburger Urkundenbuch 259.

1309 febr. 22. 76. *Konrad von Hirzbach und seine frau vergleichen sich mit dem kloster Ilbenstadt über streitige güter.* 1309 *februar* 22.

Noverint universi tam posterii (!) quam presentes, quod ego Conradus de Hirsbach et Lipmudis uxor mea necnon Johannes natus 30 noster super questione, que vertebatur inter sanctimoniales, magistram videlicet et priorissam ac totum conventum in Elwenstad, ex parte una et me et uxorem meam et filium nostrum predictum ex parte altera, renunciavimus huiusmodi questioni absolute et integre sub hac forma: ita quod dicte moniales sive provisor earum, qui pro tempore 35 fuerit, viginti duos solidos Coloniensium et octo octalia siliginis mensure Frankinfordensis, in quibus eisdem tenebamur, nobis remittent

[1]) Gelnhausienses.

libere et precise nobisque tres marcas denariorum legalium superaddent. Hoc etiam adiecto, quod tres mansos, agris, pratis, curia pariter mensuratis, nobis per decennium locaverunt, ita videlicet, quod medio tempore annis singulis de quolibet manso duodecim octalia
5 dicte mensure ipsis dabimus nomine pensionis. Hoc etiam promisimus, quod si infra dictum terminum nos ambo una cum filio nostro predicto viam universe carnis ingressi fuerimus ac etiam ipso termino exspirante dicta bona cum omnibus edificiis seu melioracionibus, quas nostris sumptibus et laboribus fecimus, sine contradictione heredum
10 nostrorum ad ipsas redibunt libere et solute. Renunciantes quoad premissa omni excepcioni doli mali, actioni in factum et omnibus iuris et facti defensionibus, quibus effectus presencium possit aliquatenus inpedire (!). Et ne predictis monialibus evenire possit contrarium in premissis, Bertoldum et Gerwinum fratres et generi (!) dicti Conradi ac
15 Johannem dictum Lochmann de Berchem atque Baurum filium sororis sue posuimus fideiussores, qui, si contra premissa quicquid actum fuerit ullo ingenio sive forma, commoniti ab ipsis hospicium Assinhem intrabunt, tamdiu more fideiussorio commessuri, donec ab iniuria cessetur aut donec viginti marce denariorum legalium sepedictis monialibus
20 integre persolventur. In cuius rei evidenciam planiorem (!) presens scriptum sub sigillo nobilis viri domicelli de Hageauwe (!) inpetravimus communiri. Da*tum* anno millesimo C°C°C°.IX., in kathedra sancti Petri.

Orig.-perg. Das beschädigte siegel Ulrichs zeigt den stempel nr. 2 der siegeltafel. München, allgemeines reichsarchiv, Kloster Ilmstadt, Würzburg.

25 77. *Die söhne Siegfrieds von Heusenstamm geben ihren genannten schwestern an stelle von gütern zu Rüdigheim solche in Bornheim.* 1309 *mai* 16.

1309 mai 16.

Nos Sifridus, Johannes et Gerhardus fratres armigeri filii Sifridi militis de Husenstam presentibus recognoscimus et ad universorum
30 noticiam volumus pervenire, quod accedente benivolo consensu ac libera voluntate Hermanni dicti Schelmen militis de Bomersheim, Johannis, Henrici et Eberhardi fratrum filiorum quondam Henrici militis patrui nostri, Henrici et Sifridum (!) fratrum, armigerorum, nostrorum coheredum de Husenstam, occasione bonorum proprietariorum nobis per Benignam et Lysam nostras sorores carnales, in villa Rüdenkeim et terminis eius sitorum, datorum, donatorum et libere in manus nostras resignatorum et in usus nostros convertendorum pro nostra voluntate in recompensam eorundem bonorum prefatis Benigne et Lyse nostris sororibus super omnibus et singulis bonis nostris in villa Born-

heim et terminis eius sitis ab imperio dependentibus, prout ea prefatus Sifridus noster genitor, cum in seculo fuit, possedit et nos nunc tenemus et possidemus, exceptis hominibus et iudicio, donavimus, deputavimus et assignavimus et presentibus damus, deputamus et assignamus ducentas marcas denariorum usualium pecunie numerate secundum ipsarum beneplacitum in usus suos convertendas, contradicione nostra qualibet non obstante. Promittimus etiam predictis nostris sororibus, cum dominum regem Romanorum infra Spiram invenire poterimus, super confirmacionem huiusmodi donacionis, deputationis et assignationis literas regias obtinere. Adiectum est insuper, quod quandocunque nos Si., Jo. et Ger. prelibata bona redimere voluerimus, nobis dabunt ad redimendum pro ducentis marcis denariorum usualium et non altius, contradictione prefatarum nostrarum sororum qualibet non obstante. In testimonium et firmitatem omnium premissorum prelibatis nostris sororibus tradidimus has literas sigillorum mei Sifridi, quo fratres mei mecum utuntur filii Sifridi militis, Hermanni Schelmonis militis, Johannis filii Henrici militis et Henrici, coheredum nostrorum de Husenstam predictorum munimine roboratas. Et nos Hermannus Schelmo miles, Johannes Henrici militis et Henricus armiger supradicti recognoscimus nos nostra sigilla pro nobis et nostris coheredibus antedictis, qui sigillis ad presens carent, una cum sigillo Sifridi filii Sifridi prelibati his literis appendisse in testimonium veritatis omnium prescriptorum. Actum anno domini millesimo tricentesimo nono, sexta feria ante festum penthecostes.

Nach dem zur zeit nicht aufzufindenden originale in Heusenstamm gedr.: Korrespondenzblatt des gesammtvereins 1884, 25 anm. 57.

1309 juni 6.

78. *Philipp und Werner von Falkenstein bestätigen, dass die leute von Eschersheim und Ginheim ihnen künftig statt der dienste jährlich vier mark pfennige geben sollen.* 1309 *juni* 6.

Wir Philipps von Falckinsteyn herre zu Mynczenberg der alte und Wernher unser sone bekennen allen den, die diesen brieff sehen ader horen lesen, daz die lude gemeynliche von Eszersheym und von Ginheym vor sich und ire irbin han mit uns gerett, also das sie und ire irbin uns und unsern irbin alle iare ewigliche vor seumere, vor herwane und vor allerleyge dinst an sant Michahelis tag vier margk phenge sullen dine und geben, mit solichen underscheiden, als hie geschrieben steet: das dorff Eszersheym mit namen zwu margk phenge und Gynheim auch zwo margk. Were abir, das wir und unser irbin in den vorgenanten dorfen herberge wulden nemen, daz soln wir thun

uff unsen luten. Auch ist geredt, dorffte man[1]) unser ader unserer amptlude in den dorffen zu dickeinre not, so sal man uns und unsern amptluden hauwe und habirn geben. Das wir dise vorgeschriibin rede den luten in den vorgenanten dorfen und irn erbin stede und veste
5 haldin und[2]) sie uns und unszern irbin diselben rede, alse si globet han, stede und veste haldin, so han wir en diesen brieff gegeben besiegelt mit unserme ingesiegel. Dirre brieff wart gegebin noch gots geburt druczenhundert iare in dem nunden iare, an dem fritag noch sant Bonifacien tag.

10 Abschrift des 15. jahrhunderts nach einer durch den Frankfurter rath 1466 beglaubigten abschrift. Papier. Marburg, Hanauer Kopialien.

79. *Papst Clemens V beauftragt den abt von s. Theobald zu Metz, die veräusserten güter des Antoniterhauses von Rossdorf wieder in den besitz dieses hauses zu bringen. Avignon* 1309 *juni* 12. — 1309 juni 12.

15 Clemens episcopus servus servorum dei dilecto filio . . abbati monasterii de sancto Theobaldo Metensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram pervenit, quod tam dilecti filii . . preceptor et fratres domus sancti Antonii de Rostorpf ordinis sancti Augustini Maguntin*ensis* diocesis quam predecessores
20 eorum decimas, terras, domos, vineas, ortos, silvas, prata, pascua, nemora, molendina, possessiones, iura, iurisdictiones et quedam alia bona ipsius domus datis super hoc litteris, confectis exinde publicis instrumentis, interpositis iuramentis, factis renuntiationibus et penis adiectis in gravem eiusdem domus lesionem nonnullis clericis et
25 laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo, ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super hiis confirmationis litteras in forma communi a sede apostolica impetrasse dicuntur. Quia vero nostra interest, super hoc de oportuno remedio providere, discretioni tue per apostolica
30 scripta mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius domus per concessiones huiusmodi alienata[3]) inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris, instrumentis, renuntiationibus, iuramentis, penis et confirmationibus supradictis ad ius et proprietatem eiusdem domus legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam
35 appellatione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nomi-

---

1) »manne« vorl. 2) »vn« vorl. 3) dass daneben auch neuer besitz für das haus erworben wurde, beweist ein eintrag im repertorium des Antoniterarchivs (Catalogus domus s. Anthonii, in Wiesbaden): »1307. Bischenheim. 6 morgen 1/4tel weinberg erkauft. copia«.

nati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Dat*um* Avinion*e*, II. id. Junii, pontificatus nostri anno quarto.

Tiefer, unter dem buge links: *ū Ray*, auf dem buge rechts: *C. de Setia*, auf der rückseite oben: *Jacobus de Aquamundula.* 5
Orig.-perg. Bleibulle fehlt. Wiesbaden, staatsarchiv.

1309 juni 23.

80. *Helfrich von Rüdigheim, meister des Johanniterordens in Deutschland, schenkt dem hause Rüdigheim zu seinem seelgedächtnisse eine korngült (in Rüdigheim?).* 1309 *juni* 23.

Nos frater Helffricus de Ruedickheim, magnus preceptor sacre 10 domus hospitalis sancti Joannis per Alemaniam et Bohemiam, ad universorum notitiam cupimus pervenire, quod de pecunia, quam manutenuimus de licentia venerabilis viri fratris Folkonis de Vilareto, magistri nostri generalis, et quam frater Ruggerus [1]) de Bleychenbach noster cognatus manutenuit nostro de indulto, comparavimus viginti tria oc- 15 talia siliginis de tribus mansis apud dominum Siffridum militem de Heusenstam emptis perpetuo eroganda [2]) nomine annue pensionis infra duo festa beate Marie assumptionis et nativitatis. Dicta quoque pensio assignari debet fratribus in Ruedickheim ad refectionem, ita quod ipsi fratres singulis annis in quatuor temporibus honorem debent exequiarum 20 debitum impendere animabus parentum nostrorum et aliorum progenitorum vigiliis atque missis secundum consuetum ritum fieri solitum pro defunctis. Preterea in virtute sancte obedientie precipimus et mandamus commendatori dicte domus existenti, ne dictos fratres in perceptione dicte pensionis impediant quoquo modo. In cuius rei testi- 25 monium sigillum nostre preceptorie presentibus est appensum. Datum anno domini M.CCC.IX., decimo kalendas Julii.

Johanniterbücher 22[a] f. 19. Frankfurt, stadtarchiv.

1309 aug. 22.

81. *Kunigunde, die wittwe Johanns von Rannenberg, erklärt, dass sie mit Siegfried von Eppstein und Ulrich II von Hanau als gan- 30 erben jeder ein drittel der gerichte zur Hart, zu Willmundsheim und zu Somborn besitzen sollen.* 1309 *august* 22.

Ich Kunegunt wirtin ettewenne hern Johans von Rannenberg und mine erben bekennen und tůn kunt allen den, die disen brief sehen oder hôren lesen, daz wir geret han unde ubercumen sin mit den 35 edeln mannen hern Syfride dem herren von Eppensteyn und hern

---

In der vorlage: 1) Ruggus. 2) erogando.

Ulriche dem herren von Haynowe von irre wegen und ir erben wegen umme die gerichte zůr Hart, zů Wilmutsheim und zů Sunneburnen, daz wir bliben suln ie der man ze sime dritteile und ze sime rechte, sie und ir erben mit uns und wir und unser erben mit in und irn
5 erben, beide an den gerichten und an den burgbergen zů Rannenberg und ze Kelbera zů allem deme rechte, alse ganerben zů rechte sitzen suln; also, waz vallende si von gerichtes wegen in denselben gerichten, ez si wiez si oder wavon ez chůme, daz davon iedem man sin dritteil gevallen sol, und suln wir sie noch ir erben an irme
10 rechte noch an irme dritteyle nicht hindern noch drangen mit keinreleie geverde. Wir han ouch geret, daz beide unser eigen luthe und ouch der vorgenanten herren eigen luthe, die in denselben gerichten gesezen sin, gemeine suln sin und daz wir sie han suln in gemeinem nutze. Ez ist ouch geret, varn luthe uz denselben gerichten und
15 werden burgere under uns oder war sie hinder uns varn, daz sie da sitzen suln; und werez, daz sie nicht ensezen, so suln sie dienen in den gerichten alse vor. Werez ouch, daz under uns einer oder zwene reysen wolden, swer under uns reyset, der sol nemen sture in den gerichten alse gewonlich ist und die andern nicht, die da nicht enriten.
20 Ouch ist geret, swer under uns drin gemeinen ganerben sin dritteyl verkouffen wolde, daz er daz den andern bieten sol als ganerben recht ist, ane geverde. Bi diser rede sin gewesen: her Gyse von Wilbach, her Brendelin von Hohenberg, her Burcart Binthamer, her Gyselbrecht Lewe, her Wenzel von Clen, her Winther von Haynowe, her Heinrich
25 von Langete und ander biderbe luthe. Und daruber, daz dieselbe rede stete und veste blibe, so geben ich und min erben disen brief besigelt mit insigeln Gotfrides und Heinriches rittere von Kalsmont miner brudere. Und wir Gotfrid und Heinrich von Kalsmont zu urkunde und zů stetekeit dirre rede so henken wir durch bete unser
30 suster der vorgenanten und irre erben unser insigel an disen brief. Dirre brief wart gegeben von Cristes geburt do man zalte dusent iar druhundert iar in deme nunden iare, an dem fritage nach unser vrowen tage, so man ẘrze wihet.

Orig.-perg. Von den gut erhaltenen siegeln ist I rund, II schildförmig;
35 bei beiden sind die unteren zwei drittel des wappens geschacht, das schildeshaupt ist in I schraffiert, in II ist es belegt mit einem turnierkragen. Hanauer Urkunden, Auswärtige Beziehungen. Gedruckt: Contrahirter Inhalt, beil. 24. Senckenberg, Selecta III 528. Acta Hanoviensia I 45. Species facti et status causae, Lit. A.

1309 aug. 22.

82. *Dieselbe stellt bürgen dafür, dass ihre kinder den vorstehenden vertrag genehm halten sollen.* 1309 *august* 22.

Ich Kunegunt wirtin ettewenne hern Johans von Rannenberg bekenne und tůn kunt allen den, die disen brief sehen oder hôrn lesen, daz ich globet han mit Gotfride und Heinriche minen brûdern von Calsmont, umme sulche ganerbeschaft, alse geret ist zwischin mir und minen erben und hern Syfride dem herren von Eppensteyn und hern Ulriche dem herren von Haynowe umme die gerichte zůr Hart, zů Wilmûtsheim und zů Sunneburnen und umme die burgberge zů Rannenberg und zů Kelbera, wie daz geret ist und waz die brîve besagen, die von beiden siten daruber gegebin sin, daz mine kint daruf verzihen suln, wenne sie zů irn tagen chumen, und darzů tůn sulche stetekeit, der die vorgenanten herren durfen, die sie vermugen. Und daruber so setzen ich in zů burgen Gotfriden, Heinrichen die vorgenanten und Philippen mine brûdere, hern Wenzel von Clen, hern Gotfrid von Stocheim und Wolframen von Hatzchsteyn, also, virzigen die kint nicht und teten nicht, alse davor geret ist, swenne sie zů irn tagen kemen, so sol ie der man, ob er selber nicht geleysten mag, einen knecht und ein phert zu Frideberg legen zů leystene in gastes wis also lange, biz daz geschit, alse davor geret ist. Werez ouch, daz der burgen keiner abegienge, ich sol einen andern setzen in dem mande oder die andern suln leisten, ob sie gemant werden, also lange, biz der gesazt wirt. Und daruber, daz dise rede stete und veste blibe, so gebin ich den vorgenanten herren disen brief besigelt mit insigeln Gotfrides und Heinriches der vorgenanten. Und wir Gotfrid und Heinrich rittere von Calsmont sprechin, daz wir unser swester kint darzů halden suln, daz sie virzihen und tůn, alse davor ret ist, und henkin daruber zů urkunde dirre vorgesprochnen rede unser insigel an disem brief. Der gegebin wart, do man zalte von Cristes geburt dusent iar druhundert iar in dem nunde iare, an dem fritage nach unser vrowen tage, so man wůrze wihet.

Orig.-perg. Die beiden siegel sind am rande beschädigt; es sind die gleichen wie an der vorhergehenden urkunde. Hanauer Urkunden, Auswärtige Beziehungen. Fehlerhaft gedruckt: Senckenberg Selecta Juris III 525, Acta Hanoviensia I 92. Species facti et status causae beil. Lit. Oo.

1309 aug. 29.

83. *Papst Clemens V gestattet den Antonitern, bei ihren hospitälern gebethäuser, kapellen und kirchhöfe zu errichten. Avignon* 1309 *august* 29.

Clemens[1]) episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii sancti Antonii ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini Viennensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Desideriis vestris libenter annuimus in 5 hiis, que vestra et monasterii vestri salubria respicere comoda dinoscuntur. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod, licet in aliquibus hospitalibus vestris habere oratoria, capellas et cimiteria dinoscamini, hec tamen in nonnullis aliis vestris hospitalibus non habetis. Quare nobis humiliter supplicastis, ut providere vobis super 10 hoc de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati ad instar felicis recordationis Bonifatii[1]) pape VIII. predecessoris nostri apostolica vobis auctoritate concedimus, ut in huiusmodi hospitalibus vestris iam constructis, in quibus oratoria, capellas et cimiteria ut predicitur non habetis, necnon et in constru-15 endis imposterum hospitalibus vestris, siqua per vos construi contigerit vel haberi, possitis huiusmodi oratoria, capellas et cimiteria ad opus personarum degentium in eisdem construere et habere, sine iuris preiudicio alieni, quodque locorum ordinarii teneantur ad requisitionem vestram primarium vobis concedere lapidem pro eisdem capellis et 20 oratoriis construendis et cimiteria benedicere supradicta. Quod si dicti ordinarii se vobis in hiis difficiles exhibebunt, liceat vobis ea recipere a quocumque malueritis antistite gratiam et communionem sedis apostolice obtinente. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. 25 Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat*um* Avinione, IIII. kal. Septembris, pontificatus nostri anno quarto.

Links unter dem buge: *X* (fast verlöscht), rechts auf dem buge: *J. F.*, auf 30 der rückseite oben in der mitte: *Sancti Antonii.* Von dorsualnotizen: *pro Rostorff et Hoest* (fast verlöscht, 15. jahrh.).

Orig.-perg. Bleibulle ausgerissen. Wiesbaden, staatsarchiv, Antoniter.

84. *Derselbe bestätigt den Antonitern das privileg Innocenz IV von* 1246 *februar* 20. *Avignon* 1309 *august* 29.

1309 aug. 29.

35 Clemens episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii de sancto Antonio ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini Viennensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Vestris supplicationibus incli-

---

1) mit langen buchstaben.

nati quoddam privilegium felicis recordationis Innocentii[1] pape quarti predecessoris nostri vobis, quamvis in eiusdem predecessoris litteris non abbas et conventus monasterii, sed potius magister et fratres hospitalis sancti Antonii Viennensis diocesis nuncupamini, cum nondum per ordinationem sedis apostolice postmodum subsecutam prioratus qui tunc erat sancti Antonii dicte diocesis in abbatiam erectus dictumque hospitale prefate abbatie subiectum et unitum fuissent ac statutum fuisset, quod dictus locus, qui prioratus antea dicebatur, esset et appellaretur extunc abbatia hiique, qui ei preessent, nomen semper et dignitatem obtinentes abbatis non magistri vel donni dicti hospitalis decetero sed abbates, universi quoque fratres dicti hospitalis et membrorum suorum canonici seu fratres monasterii sancti Antonii tantummodo vocarentur et quod monasterium ipsum privilegiis et indulgentiis ac immunitatibus quibuslibet hactenus ipsi hospitali concessis gauderet, concessum ex parte vestra nobis exhibitum, quod iam incipit vetustate consumi, fecimus inspici diligenter et eius tenorem de verbo ad verbum, ut de ipso certitudo imposterum habeatur, sub bulla nostra presentibus annotari, qui talis est: Innocentius episcopus (folgt die unter I nr. 238 abgedruckte urkunde). Volumus autem per hoc vobis vel dicto monasterio novum ius non acquiri, sed antiquum tantummodo conservari. Dat*um* Avinione, IIII. kal. Septembr*is*, pontificatus nostri anno quarto.

Unter dem buge links: *X*, auf demselben rechts: *P. de Pon.* Gleichzeitige dorsualnotiz: ». . *Non teneantur providere*«, eine zweite aus dem 15. jahrh., fast verlöscht: »*pro Rostorff*«.

Orig.-perg. Bleibulle fehlt. Wiesbaden, staatsarchiv, Antoniter.

1309 aug. 29.

85. *Derselbe bestimmt, dass die etwa entweihten kirchen und friedhöfe der Antoniter und die zu befördernden brüder des ordens von jedem bischofe (unter umständen sogar vom apte) geweiht werden können. Avignon 1309 august 29.*

Clemens episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii sancti Antonii ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Augustini Viennensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Monasterium vestrum sincera diligentes in domino caritate illa vobis libenti animo concedimus, que vobis fore noscimus oportuna. Sane, sicut nobis significare curastis, sepe contingit, ecclesias et cimiteria vestra, que in diversis civitatibus et diocesibus obtinetis, propter multitudinem peregrinorum illuc con-

1) mit langen buchstaben.

fluentium effusione sanguinis vel seminis violari ac locorum diocesani vestris libertatibus invidentes se reddunt difficiles in reconciliandis ecclesiis et monasterio supradictis ac etiam in ordinandis canonicis prefati monasterii, qui fuerint pro tempore ad ordines promovendi. Quare a nobis suppliciter petiistis, ut providere super hec de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur ad instar felicis recordationis Benedicti[1]) pape XI. predecessoris nostri vestris supplicationibus favorabiliter annuentes, ut quilibet catholicus antistes gra*t*iam et communionem apostolice sedis habens, quem super hoc duxeritis requirendum, et etiam tu, fili abbas, aqua per episcopum benedicta reconciliare possitis iuxta morem ecclesias et cimiteria supradicta et a tali antistite ordinationes dictorum canonicorum suscipere, quotiens fuerit oportunum, ac in ecclesiis et capellis vestris[2]) iam[2]) constructis[2]) et[2]) etiam construendis campanas habere libere valeatis, vobis auctoritate presentium duximus concedendum. Dat*um* Avinione, IIII. kal. Septembris, pontificatus nostri anno quarto.

Zwei zeilen darunter steht am anfange: *v̄*; auf dem buge rechts: *B. A. Rob.* Unter den bemerkungen auf der rückseite lautet eine (von ca 1400): »*pro Rostorff Xma.*«

Orig.-perg. Bleibulle (Clemens V) an bindfaden. Wiesbaden, staatsarchiv, Antoniter.

86. *König Heinrich VII befreit die besitzungen des klosters Schmerlenbach, besonders den hof Eynengesezze, von abgaben und steuern. Frankfurt 1309 september 29.*

1309 sept. 29.

Nos Heinricus dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam volumus pervenire, quod cum pia et religiosa loca nostris desideremus temporibus crescere in temporalibus et augeri, ut temporalium subsidio in eisdem spiritualia nutriantur, ad supplicem instantiam honorabilis ac religiosi viri Heinrici abbatis Villariensis aule nostre cancellarii honorabilibus ac religiosis personis abbatisse et conventui sanctimonialium in Smerlenbach hanc gratiam de liberalitate regia duximus faciendam, quod de possessionibus ac bonis suis quibuslibet mobilibus vel immobilibus ubicunque locorum positis et specialiter de curia sua in Eynengesezze in pede montis parrochie in Grunda sita nullas exactiones sive sturas nobis vel quibuscumque personis aliis solvere teneantur, sed pocius ob favorem, quem ad eas gerimus, ab omni servitutis genere necnon prestatione curruum, qui tempore congregationis exercituum per dive memorie imperatores et reges Romanorum nostros predecessores vel eorum advocatos requiri solebant vel inantea requiri possunt, sint

1) mit langen buchstaben. 2) auf rasur.

libere, inmunes penitus et exempte, nisi per nostras requirantur litteras speciales. Propter quod universis advocatis nostris provincialibus et aliis quibuscumque necnon specialiter nobili viro Eberhardo de Bruberg damus strictius in mandatis, ne dictas sanctimoniales, quas propter celebis vite sue candorem in nostram et sacri imperii specia- 5 lem protectionem suscipimus, contra premisse[1]) gratie nostre tenorem impediant, aggravent, molestent aliquatenus vel perturbent, sicut indignationem regiam voluerint evitare. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum in Frankenfurt, III. kal. Octobris, anno domini MCCC nono, regni 10 vero nostri anno primo.

Gedr.: Gudenus, Cod. dipl. III 58 »ex autogr.«. BR 175.

1310 Jan. 10.

87. *Adelheid von Hanau verzichtet gegen abtretung der burg Dorfelden mit dreihundert pfund jährlicher einkünfte zu gunsten ihres bruders Ulrichs II auf alle erbansprüche.* 1310 *januar* 10. 15

Eyn brieffe, hat nach vier anhangend insiegel, nemlich iungfrauwen Alheyden von Hanawe etc., underm dato da man zalte von Cristis geburt tausent iare dryhundert iare in dem zehenden iare, an dem sampstag vor dem achtzehenden tage.

Zeigt an, wie iungfrauwe Alheid von Hanawe mit rath irr frunde 20 mit Ulrichen irem lieben bruder geredt habe und uberkomen sii umb irr beider erbe, also das egenanter Ulrich ire bruder ire gegeben habe Dorfelden die burge mit dem kirchsatz und mit der fischery, die dartzu horen, und dartzu dryhunder pfunt geldes heller, als bescheidenlich und gewonlich ist gulde zu bewyszene, und wie 25 sie daruff recht und redlich verzyhen habe uff alle ire erbtheyl, das ire gefallen mochte; es were dan, das ire bruder abgeng an erben, so solle es zu ire fallen als zu eynem rechtlichen erben. Wie auch geredt sii, wan ire bruder Ulrich ire iungfrauwe Alheyden gebe tausent marck silbers oder drytausent ℔ heller, das dan die burge und 30 die gulde widder fallen soln zcu ime und zu seinen erben, und wie auch dartzu geredt sii, das sie irem bruder vestigkeyt thun soll, so sie vermag, das ime von der selbigen burge keyn schade geschehe van ymant zuenthalden oder uff und abe zuryten. Wie auch beredt sii, das ire ire bruder geben soll uss seinen welden bornholcz, was 35 sie dessen bedorffe, wan sie zu Dorfelden will sein. Und wie bei solicher rede gewessen seyen bruder Herman von Mentz sant Johans ordens commentur des hauszes zu Frankfurt, her Crafft von Belderss-

1) »premissa« Gud.

heym, her Gyselbrecht Lewe, her Winther von Hannawe, her Heinrich von Langete, her Eberhart Wambolt, her Conradt Trabote ritter, meister Hug und Wortwyn von Babenhauszen. Und daruber, das diesze vorgeschriebene[1]) stede und veste blybe, so gibt sie irem
5 bruder diesen brieff besiegelt mit irem insiegel und mit insiegeln irer oheimen hern Syfferts des herrn von Eppenstyn, Philippes und Philippes von Falckensteyn, graffe Ludwigs von Renecke des iungern und bruder Hermans des vorgenanten.

Altes Hanauer repertorium des 16. jahrhunderts, 4°, wasserfleckig und stellen-
10 weise fast unleserlich.

88. *Kraft von Hohenlohe gibt Ulrichen II von Hanau als mitgift seiner tochter Agnes das haus zu Butert und achthundert mark silber.* 1310 jan. 16.

1310 *januar* 16.

Wir Kraft herre von Hohenloch der elter tun kunt allen den, die
15 disen brief sehen oder horent lesen, daz wir Ulriche von Hanauwe geben und geben haben achte hundert mark silbers zu Agnese unserre tochter, ie die mark ze rechenne um, on fůnf schillinge, drů pfund haller, und darzů daz hůs ze Bůtert mit allem dem rechte, als wir ez gehabet han; also swenne diu vorgenante unser tochter . . bi im
20 geslofen hat, so suln wir in setzen in daz hůs und in daz dorf ze Bůtert in demselben monden und suln zu dem hůs in dem iare in bewisen, swas an der gulte ze Bůtert abeget, an der nehesten gulte, die wir han bi Butert, on Kungeshoven uf dem Geu, als vil gulte, als sich geburt fur achte hundert mark silbers, ie daz gut zu sime rechte,
25 daz eigin noch eigins rechte, daz lehen noch lehen rechte, noch dez landes gewonheit, also daz er in dem iare der gulte gar bewiset si. Und darůber setze wir im ze burgen, die hernach geschriben sten: Cunraden und Gotfride unser sune, Cunraden von Bokkesperg, Boppen von Eberstein, Cunrad Crůmmelin von Butert[2]) den alten, Gotfride
30 von Sachsenflur, Wipprechte von Cymbern, den Martin und den Sůtzel[3]) von Mergentheim, Johan und Cunrade von Torczebach, Fridriche von Lîhental, Sitzen von Bartenstein, Wipprechte von Crense, Cunrade von Gatenhoven und Gotzen Crůmmelin, also, wer daz wir nicht wollebrechten, als vor geredet ist, so suln die selben burgen,
35 ob si gemant werden, ie der herre mit eim edeln knechte und mit eim pferde und der andern burgen ieglicher mit eime knechte und mit eim pherde, leisten ze Wirtzeburg ze[4]) offenen herbergen, als

1) hier fehlt etwa »rede«. 2) »von Butert« fehlt in B. 3) »vnd Berthold Suetzel« B. 4) »in« B.

lange biz daz[1]) geschihet, als vorgeredet ist. Wer auch, daz der burgen etelicher abegienge, so suln wir einen andern als guten seczen in dem monden an des stat oder die andern suln leisten, ob sie gemant werden, als lange biz daz geschihet. Und uber die bewisunge han wir gekorn Cunrade den alten Crůmmelin, Gotfride von Sachsenflur, Wipprechte von Cymbern, Berchtold Sůtzel von Mergentheim[2]), Johan von Dôrczebach und Fridriche von Lîhental; der suln dri riten, welhe man gehaben mak, zu der bewisunge mit den drin, die von sinen wegen darzu bescheiden sin, unde wamîte die sechse dunket ûf ir eit, daz wir bewiset haben und er bewiset si, damite sol uns wol begnůgen. Wer auch, daz Ulrich von Hanauwe abegienge an erben, so sol unser tochter sinen nehesten erben[3]) daz hus ze Bobenhusen mit der gulte, die ir darzu bewiset ist ze morgengabe, ze lôsenne geben um achte hundert mark silbers oder um haller, als dafur geburt, als ez davor angeslagen ist. Und daruber, daz disiu rede[4]) stete blibe, so gebe wir im disen brief besigeld mit unserm insigel. Der geben wart[5]) von Cristes geburt drůzehen hundert iar[6]) und in dem zehenden iare, an dem nehesten vritage vor sende Agneten tage.

Zwei orig.-perg. mit je einem runden wappensiegel, das bei A wenig, bei B stark beschädigt ist. B weicht sowohl orthographisch als in der wortstellung vielfach ab. In den anmerkungen ist nur das wichtigere gegeben worden. Hanauer Urkunden, Haussachen.

1310 febr. 4.

89. *Arros von Breuberg, Andreas von Brauneck und Luther von Isenburg genehmigen, dass Konrad Schick seine frau auf lehengüter zu Somborn und Western (?) bewidme.* 1310 *februar* 4.

Nos Arreus dominus de Bruberg, Andreas dominus de Brunecken et Lutherus dominus de Ysenburck recognoscimus, quod cum[7]) Conradus dictus[8]) Schycke noster vasallus dilectus septuaginta marcas denariorum legalium in quibusdam bonis sitis in villarum Sunneburnen et Wesluhter terminis[9]), que a nobis possidet iure feodali, Gertrudi uxori sue dotis nomine seu donacionis propter nupcias assignavit, petens humiliter una cum Johanne et Arnuldo suis fratribus carnalibus adhiberi consensum, nos eorundem devotis precibus favorabiliter annuentes dicte assignacioni expressum et benivolum consensum de benignitate solita adhibemus harum litterarum testimonio sigillorum

1) fehlt in B. 2) »von Mergentheim« fehlt in B. 3) »vnd anders nîmanne« fügt B hinzu. 4) »daz dicz« B. 5) »da man zalte« fügt B hinzu. 6) »Tusent iar druhundert iar« B. Abweichungen der vorlage: 7) ex eo . . 8) dominus. 9) terminos.

nostrorum robore munitarum[1]). Datum anno domini MCCCX., II. nonas Februarii.

Huttensches kopialbuch I f. 109 b. Marburg.

90. *Die stadt Gelnhausen bezeugt die beilegung des streites zwischen dem kloster Marienborn und der wittwe Hartmanns von Breitenbach über das erbe Thilmann Kapmans.* 1310 *april* 9.

1310 april 9.

Nos scultetus, scabini, consules ceterique cives universitatis in Gelnhusen[2]) tenore presencium ad universorum noticiam presencium et futurorum cupimus pervenire, quod abbatissa et conventus sanctimonialium Fontis sancte Marie Cisterciensis ordinis diocesis Moguntine nomine eiusdem monasterii et honesta matrona domina Konsa relicta quondam honesti viri Hartmanni de Breitenpach civis Gelnhusensis[3]) pro se et heredibus suis per venerabilem dominum Sifridum episcopum Curiensem, discretos viros Fridericum et Wortwicum dictos de Ecka cives Gelnhusenses[4]), in quos sub fidei dacione extitit *com*promissum, per modum amicabilis[5]) composicionis super controversia sive lite, que inter ipsos hincinde vertebatur[6]), sunt taliter concordati, quod eadem domina Kunsa[7]) pro se et heredibus suis predictis, quos ipsa tales habere debet, quod ipsi renuncient et ratum habeant in perpetuum composicionem eandem, renuntiet[8]) medietati[9]) bonorum, que ipsa in villis infrascriptis, videlicet in Marckebel, in Berckheim, in Himpach et in Ennissheim, tenuit et possedit, que quondam fuerunt honesti viri Dilmanni dicti Capman civis Frankenfordensis[10]). Tradiditque nomine quo supra medietatem[11]) dictorum bonorum supradictis abbatisse et conventui[12]) monasterii in proprium perpetuis temporibus obtinendam, abrenuntiantes omni iuri et actioni, que vel quod ei aut heredibus suis in bonorum medietate supradictorum competebant vel competere videbantur. Testes autem huius composicionis et renuntiacionis sunt: venerabilis dominus Sifridus episcopus Curiensis, Wigandus prepositus ecclesie Selboldensis, gardianus[13]) fratrum minorum in Gelnhusen[2]), Harttmannus de Breittenpach, Fridericus de Ecka, Wenzelo Fuszeckin, Wernherus Goltsackus, Rudegerus Albus, Wortwicus de Ecka, Johannes de Creinfelt et quamplures alii fidedigni. In cuius rei testimonium sigillum venerabilis domini Sifridi episcopi predicti et nostre in Gelnhusen universitatis ad peticionem dicte Konse et heredum

---

Abweichungen der vorlagen: 1) munitorum. 2) Gelnnhauszen. 3) Gelnhausiensis. 4) Gelnnhausienses. 5) amitabiles. 6) vertabatur. 7) Knusa. 8) renunctiant. 9) meditati. 10) Franckfordiensis. 11) meditatem. 12) hiernach noch »et«. 13) gardinandus.

suorum presentibus sunt appensa. Datum anno domini MIII^{c}X., quinto idus Aprilis.

Marienborner kopialbuch. Büdingen.

1310 juni 5.

91. *Ulrich und Agnes von Hanau verkaufen dem kloster Schlüchtern ein haus mit kapelle zu Schlüchtern und das recht auf ein pferd vom klosterhofe zu Issigheim.* 1310 *juni* 5.

Nos Ulricus dominus de Haynowe ac Agnes conthoralis nostra legittima tenore presentium ad universorum tam presentis etatis hominum quam future noticiam volumus pervenire, quod manu communicata et unanimi voluntate religiosis et honorabilibus viris . . abbati et conventui ecclesie Solitariensis ordinis sancti Benedicti domum lapideam cum cappella sibi annexa extra muros ibidem et somarium, quem quondam dominus et genitor noster karissimus de curia in villa Ussenkeim ipsis attinente recepisse dinoscitur, seu ius, quod in eo nobis videbatur competere, pro septuaginta libris hallensium numerate pecunie et nostris usibus applicate iusto vendicionis tytulo vendidimus et vendimus in hiis scriptis, renunciantes simpliciter omni iuris auxilio statuti vel statuendi, canonici vel civilis omnibusque excepcionibus seu subtilitatibus, per quas dicta nostra vendicio per nos vel nostros heredes seu successores quoscumque posset vel deberet imposterum aliqualiter impediri, ac omnibus iuribus nobis et nostris heredibus seu successoribus in domo, cappella et somario seu iure, quod in eis posset competere nobis seu nostris heredibus vel deberet, . . nichil nobis et nostris successoribus iuris in domo, cappella et somario memoratis reservantes vel imposterum vendicantes. Ut autem dicta nostra vendicio cum omnibus suis clausulis perpetuis temporibus permaneat inconvulsa, presentem litteram ipsis dedimus nostrorum sigillorum munimine roboratam in testimonium omnium premissorum. Datum anno domini M^{o}CCC^{o}X^{o}., nonis Junii.

Auf der rückseite steht von einer hand des 15. jahrh.: *»Ober Uszenkeim«*. Orig.-perg. Das siegel Ulrichs (nr. 2 der siegeltafel) ist wenig beschädigt, das seiner frau fehlt. Hanauer Urkunden, Kloster Schlüchtern. Verz.: Zeitschrift für hess. Geschichte N. F. VII 42.

1310 juli 28.

92. *König Heinrich VII bestätigt der stadt Gelnhausen die ihr von seinen vorgängern ertheilten freiheiten und gnaden. Frankfurt* 1310 *juli* 28.

Heinricus dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis, graciam

suam et omne bonum. Dignum iudicat nostra serenitas et decernit[1]), quod fidelium nostrorum commodis tanto graciosius intendamus, quanto idem sacrosancto Romano imperio et nobis ipsius atque reipublice curam gerentibus fidelius coniunguntur. Cum enim subditorum bonum
5 et commoditatis augmentum nostra procurat serenitas, dilatacionem honoris regii et dignitatis[2]) imperii promovemus. Quapropter inherentes divorum imperatorum et regum Romanorum inclite recordacionis antecessorum nostrorum vestigiis et exemplis illos, quos ad nos et nostra tempora predictorum imperatorum et regum in conservacione iuris,
10 libertatis et honoris perduxit posteritus, cupientes in eadem qua et ipsi gracia confovere dilectis fidelibus nostris civibus de Geilnhusen omnia iura, libertates et gracias a magne recordacionis inclito Friderico imperatore Romanorum predecessore nostro[3]) et aliis ante ipsum Fridericum, prout ipsis civibus iuste ac[4]) rite sunt tradite et concesse,
15 de benignitate maiestatis regie concedimus et concessas presentis decreti munimine auctoritate regia confirmamus. Nulli ergo omnino hominum huic nostre concessionis et confirmacionis privilegio liceat contradicere vel eidem ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravem nostre celsitudinis indignacionem se noverit in-
20 currisse. In cuius rei testimonium presentem litteram dictis civibus tradimus sigilli nostre maiestatis munimine communitam[5]). Datum apud Franckenford, V. kal. Augusti, anno domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

Gelnhäuser kopialbuch in Büdingen (A); kopialbuch des herrn konsuls Becker
25 in Gelnhausen (B). BR 270; ausserdem gedruckt: Renovation und Confirmation 12 (erster druck, C.), darnach: Aus beyderseitigen Sechs Deductionen beil. s. 82.

93. *Die Mainzer geistlichen richter excommuniciren auf klage des Aschaffenburger kapitels Gozold und Hermann von Selbold.* 1310 *august* 22.

1310 aug. 22.

30 Judices sancte Maguntine sedis in Selbolt, in Geylnhusen, in Frideberg, in Franckinfurt, in Budingen, in Ortenberg, in Nyde ecclesiarum plebanis vel eorum vices gerentibus necnon plebanis per diocesin Maguntinam constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. Cum nos iam dudum Gozoldum et Hermannum fratres de
35 Selbolt pro re iudicata ad instanciam — — decani et capituli Aschaffinburgensis — — excommunicaverimus et excommunicatos mandavimus (!) singulis diebus dominicis accensis candelis et pulsatis campanis publice

---

1) »decrevit« C. 2) »honoris« C. 3) »predecessorum nostrorum« B. C. 4) »et« B. C. 5) »communicatam« C.

nunciari ac omnibus — — Christi fidelibus inhibuimus, ne eisdem in huiusmodi excommunicationis sentencia durantibus communicarent verbo vel opere quoquo modo, iidem tamen rei spretis nostris sentenciis et processibus in eisdem perseverant animis miserabiliter induratis in sue salutis dispendium et scandalum plurimorum. Quare vobis et cuilibet vestrum sub pena suspensionis et excommunicationis, quam in vos — — ferimus in his scriptis, trium tamen dierum monicione premissa, si nostrum in hac parte mandatum neglexeritis adimplere, districte precipiendo mandamus, quatenus predictos Gozoldum et Hermannum excommunicatos cum omnibus eisdem temere communicantibus singulis diebus dominicis accensis candelis et pulsatis campanis et ab omnibus arcius evitandos infra missarum sollempnia in ambonibus — — coram vestris parrochianis publice nuncietis, cessantes nichilominus et cessare facientes in vestris opidis, villis atque locis, ad que dicti Gozoldus et Hermannus seu alter eorum venerint vel venerit, et post recessum ipsorum — — per duos dies ab officiis penitus divinorum. Que divinorum officia propter temerariam communionem diu eisdem reis factam suspendimus in his scriptis et ea suspensa per vos — — precipimus publice nunciari et inviolabiliter observari. Reddite[1]) litteras sub pena predicta sigillatas aliis exhibendas. Datum sub nostro sigillo anno domini MCCCX, XI kal. Septembris.

Gedr.: Gudenus, Cod. Dipl. III 62.

1310 sept. 5.

94. *König Heinrich VII verpfändet die juden in den hanauischen orten für sechshundert pfund heller an Ulrich von Hanau. Speyer 1310 september 5.*

Nos Heinricus dei gracia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum noticiam volumus pervenire, quod nobili viri Ulrico de Haynowe fideli nostro dilecto propter servicia, que illustri Johanni regi Bohemie principi et filio nostro karissimo cum viginti dextrariis ad presens versus Bohemiam facere repromisit, sibi sexcentas libras hallensium promittimus nos daturos. Pro quibus eidem Ulrico universos iudeos residentes in suis municionibus obligamus tamdiu tenendos et habendos, quousque per nos vel nostros successores in imperio ei vel suis heredibus prefate sexcente libre integraliter persolvantur, harum testimonio litterarum nostri sigilli robore signatarum. Datum Spire, non. Septembris, anno domini millesimo trecentesimo decimo, regni vero nostri anno secundo.

Orig.-perg. Das majestätsiegel ist gut erhalten. Hanauer Urkunden, Passivlehen. BR 307.

---

1) der druck hat »reddentes«.

95. *Papst Clemens V beauftragt den scolasticus der kirche zu Herford mit untersuchung der klage des stiftes Fulda gegen Ulrich von Hanau. Vienne 1310 oktober 7.* 1310 okt. 7

Clemens episcopus servus servorum dei dilecto filio .. scolastico
5 ecclesie Herfordensis Maguntin*ensis* diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis dilecti filii .. abbas et conventus monasterii Fuldensis ordinis sancti Benedicti Herbipolensis diocesis, quod Ulricus de Hanawe laicus Moguntin*ensis* diocesis super terris, debitis, possessionibus et rebus aliis iniuriatur eisdem. Ideoque dis-
10 cretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium
15 perhibere. Datum Vienne, non. Octobr*is*, pontificatus nostri anno sexto.

Auf dem buge rechts: *P. de Pon.*, auf der rückseite oben: *Jacobus Mathei de Aquamundula*; diese worte sind durchstrichen und darunter geschrieben: *Symon de Valle frigida*; rechts liest man: *vacat presens conquestum.*

Orig.-perg. Bleibulle hängt an. Marburg, Fuldaer Papsturkunden. Gedr.:
20 Schannat, Clientela Fuldensis 363 nr. 591 (zu 1311), Bernhard, Antiquit. Wett. 262.

96. *Vertrag zwischen den brüdern Eckehard und Hertnid von Tafta über die vererbung ihres gemeinschaftlichen besitzes. 1310 oktober 9.* 1310 okt. 9.

Nos Eckehardus et Hertnidus fratres dicti de Taftha presentium
25 inspectoribus cupimus fore notum, quod presentibus honorabilibus viris domino abbate Solitariensi et domino priore ibidem, Alberto Coquinario, Petro de Steina, Gunthero de Sluchtere, Alberto dicto Eildilin et pluribus aliis testibus fide preditis tale alterutrum fedus contraximus et statuimus firmiter observandum, ut si uter nostrum debitum
30 nature exsolverit moriendo, alter, qui residuus fuerit, uxori et heredibus defuncti omnia bona, que possidere cognoscimur, feodalia seu hereditaria sive redditus annuales, quocumque nomine censeantur[1]), a quocumque domino derivata sint nobis, observare debet cum illis tamquam cum fratre vivente equaliter dividenda. Excepto tamen, quod Ecke-
35 hardus quedam bona proprio precio contraxit, utpote unum mansum in Borsa, qui ab Henrico dicto Randinbein colitur, et unum in Soistorf[2]), quem colit Conradus de Blidinstat, item in Tafta unum mansum, quem habet Bertoldus dictus Phluger[3]), item in Sachsin et in Kelbir-

1) »censentur« vorl. 2) »Sorstorf« vorl. 3) »Phllger« vorl.

bach duo talenta Vuldensia, que omnia solus individualiter possidebit. Preterea sorori nostre Tainde quatuordecim talenta Vuldensia ex parte utraque sunt solvenda, alias tota nostra possessio iuxta prefixum ordinem parciatur[1]). In cuius testimonium et fidem ampliorem presentem[2]) litteram conscribi fecimus sigillo domini abbatis Solitariensis fideliter communitam. Datum anno domini MCCCX, in die sancti Dionisii.

Huttensches kopialbuch I f. 30 (107). Marburg.

1310 nov. 3.

97. *Papst Clemens V bestätigt dem kloster Selbold die päpstlichen gnaden und sonstigen freiheiten. Vienne* 1310 *november* 3.

Clemens[3]) episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis . . preposito et conventui monasterii Selbodiensis (!) per prepositum soliti gubernari Premonstraten*sis* ordinis Maguntin*ensis* diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Ea propter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et i*m*munitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus sive per privilegia vel alias indulgentias vobis vel monasterio vestro concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis et monasterio predicto indultas, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio co*m*munimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contra[ire. Si quis] autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat*um* Vienne, III. non. Novemb*ris*, pontificatus nostri anno sexto.

Unter dem buge links: *J F*, auf der mitte der rückseite oben: *Radls de Ginguicurte*.

Orig.-perg. Die jetzt fehlende bleibulle hing an rothen und gelben seidenfäden. Die lücke am schlusse ist aus dem Selbolder kopialbuche ergänzt. Birstein.

1310 nov. 9.

98. *Zeugniss, dass dem kloster Arnsburg durch schiedspruch die von den erben Hildemars von Eckenheim beanspruchten güter in Eckenheim zugesprochen worden seien. Friedberg* 1310 *november* 9.

Nos Cunradus de Morle, Cunradus de Alpach, Wenzelo de Clein, milites, Heynricus Berno, Jungo de Lympurg, Heynricus de Dorheym,

1) »paciatur« vorl. 2) »presentam« vorl. 3) mit langen buchstaben.

Johannes de Wonneckin, Heynricus de Tempore et Rudungus, scabini in Frideberg, recognoscimus tenore presentium protestando, quod strennuus vir Eberhardus de Echzile, arbiter legitimus dissensionis seu controversie mote et ventilate inter religiosos viros . . abbatem et . .
5 conventum de Arnsburg Cysterciensis ordinis Moguntine dyocesis ex una et . . liberos utriusque sexus, . . relictam, omnes quoque heredes seu coheredes Hyldemari quondam de Eckinheym ex parte altera super bonis quibusdam sitis in terminis dicte ville Eckinheym, animo deliberato instructus a multis sapientibus et prudentum virorum usus con-
10 silio coram nobis in opido nostro Frideberg die secunda feria proxima ante festum beati Martini hyemalis ad audiendam sententiam arbitrii in eum compromissi sub pena decem marcarum vallati utrisque partibus predictis prefixa et intimata tamquam verus arbiter sententialiter proferendo nobis videntibus et audientibus, prefata bona debere dixit[1])
15 permanere possessioni predictorum . . abbatis et con(ventus) in Arnsburg et ad ius et dominium eorumdem simpliciter pertinere et omnes . . heredes Hyldemari memoratos nichil iuris in bonis habere eisdem, uno iugere dicto undir der Langin heckin dumtaxat excepto. Partem quoque huic sententie tam exquisite secundum iuris ordinem prolate
20 et secundum cause merita pronunciate, predicto etiam arbitrio rebellem idem arbiter nomine pene alteri parti solvende in summa decem marcarum denariorum sententialiter condempnavit. Et in omnium premissorum evidentiam et testimonium ego Eberhardus arbiter predictus presentes litteras sigillo civium in Frideberg petii roborari. Actum
25 et datum in Frideberg, anno domini millesimo CCC°. decimo, secunda feria memorata.

Orig.-perg. Das runde siegel der stadt ist am rande beschädigt. Lich, Arnsburger Urkunden. Gedr.: Baur, Arnsburger Urkundenbuch 269 (im auszuge).

99. *Beschreibung der von Hildemar besessenen güter des klosters*
30 *Arnsburg in Eckenheim.* (*zu* 1310 *november*). (1310 november.)

Iste est mansus situs iuxta Eckenheim quondam Hildemari ibidem, qui mansus obligatus fuit quandoque monasterio sancte Clare in Maguntia, quem idem monasterium postea resignavit et omni iuri, quod ei conpetebat in eodem. Est autem sic distinctus: In campo Bru-
35 nechisheim in via, que dicitur Brunheimerwec, tria iugera; item ibidem iuxta Goltsteinum due virge et dimidia; item iuxta Gerlacum de Brunechisheim due virge. C. Item in campo Eckenheim amme Durch den bûsche zvei stucke; item amme Kirseboume ein stucke; item

1) »dixit« ist am rande von derselben hand nachgetragen.

iuxta monachos de Arnisburc ein stucke; item zvene morgin nieden amme dorf, die stozint zesamin; item ein morgin iuxta monachos de Arnisburc; item ein morgin iuxta Heinricum fratrem cuiusdam Ulrici. C. Item in tercio campo: an Gienheimerwege iuxta dominos de domo Theutonica ein stucke; item iuxta monachos de Arnisburc ein stucke in eadem via; item in eadem via amme Colbin iuxta Heinricum Rinwader ein stucke; idem iuxta Heinricum Boumgerdir ein stucke; item iuxta monachos de Arnisburc an der Vlutscheide[1]) ein stucke; item iuxta Gozonem de Eckinheim ein stucke; item inter dominos de domo Theutunica ein stucke; item ein halp morgin apud lapidem; item super monachos de Arnsburc ein stucke; item ein stucke holtzwegis iuxta Dîmarum; item iuxta Rinwadonem ein stucke; item ultra viam Brunheim apud Ulricum ein stucke; item iuxta Ulricum in medio campo ein stucke; item superius iuxta villam Eckenheim ein stucke iuxta monachos de Arnisburc. Hunc mansum ordinatum et distinctum, ut hic prescribitur, resignant et omni iuri suo, quod habuerunt in eo, renunciant abbatissa et conventus sororum prefati monasterii sancte Clare in Maguntia, presenti pagine[2]) in testimonium sigillum suum appendentes.

Orig.-perg. Das spitzovale siegel ist beschädigt. Lich, Arnsburger Urkunden. Gedr.: Baur, Arnsburger Urkundenbuch 270 anm. (im auszuge).

1311 febr. 18.

100. *Albert Gnade und seine frau Gela verkaufen an Gelas bruder und schwester eine korngült in Somborn. 1311 februar 18.*

.. Ego Albertus dictus Gnade et Gela uxor mea legittima, cives in Geylenhusen, recognoscimus coram inspectoribus presencium universis, quod unita manu ac unanimi consensu duo maldra siliginis annue pensionis habita super curia dicta Burnehof in villa Sunneburnen cum omni iure, usu et auctoritate, sicut ipsa hacthenus habuimus, vendidimus et nos tytulo iuste vendicionis vendidisse profitemur Ludewico clerico sororio mei Alberti supradicti et fratri mee (!) Gele predicte necnon Kunegundi bekine sorori ipsius Ludewici pro quadam pecunie ab ipsis recepta summa et in usus nostros conversa. Super cuius quidem vendicionis contractu ibidem in forma iudicii renunciavimus presentibus nihilominus et renunciamus simpliciter et precise, resignantes dictorum duorum maldrorum pensionem in liberam dictorum Ludewici et Kunegundis potestatem, constituentes nos warandos per annum et diem secundum terre consuetudinem generalem, harum testimonio li*tt*erarum desuper confectarum et sigillo universitatis in

1) vlurscheide? 2) »pagini« orig.

Geylnhusen firmiter signatarum. Nos quoque scultetus, scabini et consules in Geylnhusen ad peticionem prefatarum personarum sigillum universitatis nostre duximus presentibus appendendum. Datum anno domini M°.CCC°.XI°., duodecimo kal. Marcii.

5 Orig.-perg. Das siegel ist stark beschädigt. Stuttgart, staatsarchiv.

101. *Aussöhnung Hartmanns von Breidenbach und seiner genossen mit Ludwig von Orba, der Siegfried von Breidenbach erschlagen hatte.* 1311 *februar* 28. 1311 febr. 28.

Nos . . Hartmannus de Breydenbach dictus in Cimiterio, Fridericus 10 dictus an der Ecken, Johannes de Creyenfelt et Sifridus de Breydenbach, opidani in Geilnhusen, tenore presencium recognoscimus litterarum, quod nos, nostri consaguinei et amici cum Ludowico de Orba pro homicidio, quod in persona Sifridi de Breydenbach perpetravit, conposicionem nos amicabilem et amiciciam perpetuam promittimus observaturos. 15 Ad cuius observacionem nos litteris presentibus obligamus, ita videlicet, quod dictus Ludowicus poterit, quandocu*m*que voluerit, morari cum domicilio sicut opidanus in dicto opido Geilnhusen absque omni nostra et nostrorum amicorum molestacione. Quamquidem conposicionem honesti viri quondam Eygelo de Friedeberg et Wenczelo dictus 20 Füszechin de Geilnhusen inter nos concorditer et pacifice ordinabant. Addicimus eciam predictam conposicionem in Heylemanni Monetarii presencia publicatam, quam idem tunc tanquam sibi acceptam et placidam approbavit. Unde si forte postmodum, quod non credimus, ipsam in aliquo infringeret, de hoc nichil ad nos, sed ipsi super eo 25 se invicem expedient, prout ipsis melius et utilius videbitur expedire. Et in premissorum testimonium sigillum opidanorum in Geilnhusen ad preces nostras presentibus est appensum, quod nos opidani predicti publice recognoscimus esse verum. Datum anno domini MCCCXI., in dominica invocavit me.

30 Gelnhauser Stadtbuch. Berlin, königliche bibliothek; auch im Bünauschen kopialbuche zu Darmstadt.

102. *Erwin Löwe stiftet einen vergleich zwischen Siegfried von Eppstein und Ulrich von Hanau einerseits und Kunigunde von Rannenberg und ihren freunden andrerseits wegen einer von Siegfried* 35 *und Ulrich noch zu entrichtenden summe geldes.* 1311 *märz* 28. 1311 märz 28.

Ich Erwin Lewe rittere bekennen und dun kunt uffinberliche vor allin gudin ludin, de desin gewortegen (!) bref sehint ader horint lesin, daz ich geredit han zussen mime herren dem edelin manne hern

Siverede von Eppinsten und mime iungheren dem edelin manne hern Ulriche von Hanawe von ener sitin unde zussen vrowen Kunegunde von Rannenberg und eren frundin, hern Henriche irme brudere und hern[1]) Wernhere von Clen, an de se ir sache hat gesazt und de ir ding gededinget han und de ir burgen inpangen hant an ir stat, fon 5 der anderin sitin um daz leste gelt, um daz leste, daz ir noch uze stůnt, daz man ir daz halbiz gebin sal; daz andere halbe del, daz de vorgenantin herren noch inne hant, daz se daz behaldin sullen alsolange, biz se gerichtit werdin mit mime herren von Menze mit minnen ader mit rechte. Wanne se gerichtet werdin und mit irme gelde 10 kůmment, so sullent se in gen, alse se geredit hant und ir breve vor gegebin hant. Mit alsuslicheme underschede, waz deselbe vrowe von Rannenberg und ir kint biz dar ufgehabin hant, daz se den vorgenantin herren darumme nicht schuldig insin und daz gevelle habin sal fur eren schadin, daz se ires geldis biz dar inboren hat. Me ist 15 auch geredit, quem iz also, daz iz den vorgenanten herren abegenge mit rechte von mines herren wen von Menze, so sal de vrowe daz gelt widerlegin an gelde ader an werde und zu allin den zidin, alse mich Erwinen Lewen und Wernheren von Clen mugelich dunket. Um daz dit stede, veste und war si, so gebin ich Erwin Lewe desin 20 bref besegelit mit mime ingesegele und han wir Siverit von Eppinsten und wir Ulrich von Hanawe de vorgenanten herren unsir bedir ingesegele an desin bref gehenkit zu eme waren urkunde dirre sache, uf daz wir iz stede wllen haldin, alse iz her Erwin Lewe geredit hat under uns von bedin sitin. Hernach so han ich de vorgenante 25 Kůnegunt von Rannenberg gebedin de ersamen rittere hern Henrichen von Kalsmunt minen brudir und hern Wernheren von Clen, daz se ir ingesegele henkin an desin bref von miner wen zu eme urkůnde, uf daz ich iz stede haldin wil, alse se vur mich geredit han. Und bekennen wir her Henrich von Kalsmunt und her Wernhere von Clen 30 uns des, daz wir unsir ingesegele an desin bref gehangen han durch ir beide. Dirre bref wart gegebin, da man zalte nach Cristis geburte dusint iar druhundirt iar in dem elftin iare, an dem sundage verzehin nacht vor osteren.

Orig-perg. Das siegel Eberwini Leonis ist schildförmig, Siegfried von Epp- 35 stein hängte sein reitersiegel, Ulrich II von Hanau sein secret an (nr. 2 der siegeltafel). Das Cleensche siegel zeigt die drei kleeblätter, das Heinrichs von Kalsmunt (grün) ist zu nr. 81 beschrieben. Das letztere und das eppsteinische siegel sind stark beschädigt, das Lewes an den oberen ecken, die andern sind fast unverletzt. Hanauer Urkunden, Auswärt. Bezieh. Gedr.: Senckenberg, Sel. III 534. 40

1) doppelt im originale.

103. *Ulrich II von Hanau bestätigt der kapelle zu Schwarzenfels die ihr von seinem vater geschenkten güter und freit die auf ihnen wohnenden leute.* 1311 *april* 25. 1311 april 25.

Nos Ulricus de Haynowe recog[noscim]us presencium inspectori-
5 bus universis, quod cum quondam dominus et genitor noster karissimus bona subnotata cappelle in Swarzenvels pro dote donaverit et contulerit, scilicet in Wichenspach tria bona triginta quinque solidos denariorum Fuldensium et sex maldra siliginis et avene solvencia, item in Sterphrides quatuor bona viginti sex solidos et quinque maldra
10 siliginis et avene solvencia, item in Huthen duo bona sedecim solidos et quatuor maldra siliginis et avene solvencia, item in Leybolde[s] viginti octo solidos et octo maldra siliginis et avene de quatuor bonis, item in Gunthelms tria bona tres solidos Fulden*sium* annis singulis solvencia, nos eandem cappellam graciosius respicere cupientes dictam
15 . . donacionem ratam habere volumus atque firmam, volentes homines in ipsis bonis residentes, quos exnunc a precariis, exactionibus et serviciis quibuslibet nobis faciendis eximimus, esse et manere liberos et solutos. Preterea addicimus, quod ipsi homines in serviciis debitis et consuetis cappellano, qui pro tempore fuerit, et nulli alteri nostro
20 nomine teneantur. Et in testimonium premissorum damus presentem litteram nostri sigilli robore consignatam. Datum anno domini M°.CCC°XI°., VII. kal. Maii.

Orig.-perg. Bruchstück des secretsiegels (nr. 2 der siegeltafel). Hanauer Urkunden, Kapelle Schwarzenfels. Gedr.: Hanauer Mittheilungen V 100.

25 104. *Winter von Preungesheim verpflichtet sich dem kloster Arnsburg gegenüber zur zahlung des rückständigen zinses von einer wiese und ackerland bei Bockenheim.* 1311 *juni* 2. 1311 juni 2.

Ego Wintherus miles dictus de Bruningesheim publice recognosco, quod cum teneo et possideo a religiosis viris domino . . abbate et . .
30 conventu monasterii Arnsburg Cistercien*sis* ordinis unum pratum dictum Sperwerswise situm ex una parte silve dicte Dulchinlouch et tria iugera terre arabilis sita ex altera parte dicte silve in terminis ville Bůckinheim pro dimidia marca denariorum usualium annui census nomine in festo beati Martini annis singulis persolvenda, me ex neg-
35 lecto et ex negligentia solutionis ipsius census iam teneri duas marcas denariorum, quas sub pena perdicionis et amissionis predictorum prati et iugerorum infra hinc et decollationem beati Johannis baptiste solvere promitto et similiter dimidiam marcam in festo beati Martini

proxime affuturo, statuens Johannem filium Dudonis officiatum meum una mecum principalem debitorem de solutione dicte pecunie facienda. Eligens cum dicto Johanne libere, sponte et voluntarie, si in solutione predicte pecunie negligentes fuerimus, ab honorabilibus viris dominis . . officialibus prepositure ecclesie Frankinfordensis maiori excommunicacione excommunicari, citacione, monicione qualibet pretermissis, et nichilominus predicta bona libere devolvi debere absque omni strepitu iudiciario ad monasterium supradictum. Ad premissa omnia ego Johannes predictus una cum domino Winthero me obligo per presentes, dantes predictis domino . . abbati et conventui presentes litteras sigillo mei Wintheri et sigillo honorabilium virorum dominorum . . officialium prepositure Frankinfordensis sigillatas in testimonium premissorum. Et nos . . officiales supradicti recognoscimus nos sigillum nostri officialatus ad rogatum predictorum Wintheri et Johannis unâ cum Wintheri predicti sigillo hiis litteris appendisse. Actum anno domini M°CCC°XI°., IIII°. non. Junii.

Rückenaufschrift: *Littera super dimidia marca in Redilnheim, quam dat relicta Wintheri militis.*

Orig.-perg. 2 stark beschädigte siegel, I schildförmig, II spitzoval. Lich, Arnsburger Urkunden. Im auszuge gedr.: Baur, Arnsburger Urkundenbuch 275.

1311 juni 24.

105. *Die stadt Gelnhausen überlässt dem kloster Haina eine hofreite.* 1311 *juni* 24.

. . Nos scultetus, scabini et consules in Geylenhusen recognoscimus per presentes, . . quod aream quandam sitam retro hospitale, ex una parte fosso nostro exteriori et ex altera curie monachorum in Heynes confinitam, concedimus presentibus et conferimus religiosis ac honestis viris domino abbati et conventui monachorum in Heynes supradictorum ordinis fratrum Cisterciensium. Ita quod ipsi omni nostro vel nostrorum successorum absque inpedimento super memorata area pro suo libito poterunt construere et edificare omnia et singula, prout utilitati ipsorum melius et utilius videbitur expedire, dummodo eiusdem aree structura civitati nostre, omni sine vara, non valeat esse dampno . . Dantes eis has nostras litteras nostre universitatis sigillo in testimonium super eo sigillatas . . Datum anno domini M°.CCC°.XI°., in die sancti Johannis baptiste.

Orig.-perg. Siegel fehlt. Marburg, Hainaer Urkunden.

1311 aug. 18.

106. *Einigung zwischen der pfarrei Langendiebach und denen von Rückingen und von Rüdigheim über die kapelle in Rückingen.* 1311 *august* 18.

Ego Waltherus rector parrochialis ecclesie in Langenditbach Moguntine dyocesis recognosco et presentibus protestor publice et aperte, quod cum strennuis viris de Rûkingin et de Rudenkeim, . . videlicet . . Johanne et Rudolfo fratribus, . . Johanne, . . Cûnrado et Helfrico
5 germanis, super capella, capellano et missarum sollempniis in Rûkingin conveni per modum et formam inferius annotatam. Inprimis, quod predicta capella in Ruckingin predicte matrici ecclesie in Langenditbach tamquam capella perpetuo debeat esse subiecta et quod sacerdos, qui preter terciam et quintam feriam in capella in Ruckingin
10 omni die celebrare debet, eligendus est per verum rectorem ecclesie supradicte in Langenditbach continue moraturus. Idemque sacerdos mandata sedis apostolice, archiepiscopalia et alia, que de iure tenenda fuerint, tenebitur inviolabiliter observare, oblaciones etiam, anniversaria et votiva aliasque obvenciones perpetuo in Langenditbach vicario
15 assignabit; quod si mobilia eidem sacerdoti legata fuerint, memorato perpetuo vicario terciam partem dabit, si autem inmobilia, ea suis usibus retinebit. Si autem vestes eidem sacerdoti legate fuerint, quibus uti voluerit, ipse eas totaliter retinebit; si vero eis uti noluerit, ipsis venditis tercius denarius assignari debebit vicario supradicto.
20 Preterea preter missam diebus superius nominatis habitatores in Rûckingin in matrice ecclesia supradicta et a predicto vicario omnia debent recipere ecclesiastica sacramenta. Insuper est tractatum, quod verus pastor predicte ecclesie aut vicarius, rectore nolente ipsum, tenebit talem sacerdotem si voluerint in expensis, redditus tamen
25 ipsius capelle accipiet ille, qui tenebit in sumptibus sacerdotem. Si autem neuter ipsorum ipsum sacerdotem tenere voluerit, sacerdos ipse de bonis capelle in villa Langenditbach residenciam faciens se fovebit. Quod si necessitate aliqua prefatum sacerdotem aliqua dierum in Langenditbach contingeret celebrare, illa per aliam diem in ipsa ca-
30 pella compensari debebit. Infrascripta vero bona per me et prefatos de Rûckingin et de Rudenkeim collata sunt capelle predicte. Nos igitur eidem capelle contulimus et conferimus testimonio presencium litterarum omnem decimam maiorem a prato vor der Hanauwe usque ad novam viam et a nova via usque ad prata retro villam predictam
35 ex ista parte fosse, que dividit prata et campum arabilem, et si forsitan in posterum pratorum aliquod seminaretur, totam minutam decimam ortorum in Langenditbach, maiorem etiam decimam cum minuta in Rûckingin, similiter decimam in campo, quod vulgariter dicitur . . Ditsfelt, cum decima apud fontem . . Hildegeri, decima
40 apum exclusa, et aream ex opposito curie pastoris sitam similiter contulimus et assignamus. Predicti vero strennui viri de Rûckingin et

de Rûdincheim sepedicte capelle quatuor marcas perpetui redditus contulerunt. Actum et datum anno domini . . M.CCC.XI., XV. kalen. Septembris.

Nach einer etwa gleichzeitigen abschrift auf einem die einkünfte der pfarrei Langendiebach aufführenden doppelblatte von pergament. Birstein. 5

1311 sept. 14.

107. *Das kloster Marienborn verkauft dem Aschaffenburger stiftskapitel eine korngült zu Bischofsheim.* 1311 *september* 14.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Beatrix abbatissa totusque conventus monasterii sanctimonialium Fontis sancte Marie ordinis Cysterciensis Moguntine dyocesis, oraciones devotas in 10 domino Jhesu Christo. Quoniam firmum manet et integrum, quod auctoritas corroborat litterarum, que et rerum gestarum seriem incommutabili loquitur veritate, recognoscimus et tenore presencium publice profitemur, quod nos consensu unanimi . . honorabilibus viris dominis decano et capitulo ecclesie Aschaffenburgensis annuos duorum 15 octalium siliginis redditus nobis per felicis memorie dominum Ebernandum dicte Aschaffenburgensis ecclesie scolasticum legatos apud villam Byschovisheym iuste et racionabiliter vendidimus pro octo libris hallensium usualium et bonorum numerate nobis pecunie et ab ipsis recepte nobisque tradite et solute ac in usus necessarios et utilitatem 20 dicti monasterii nostri converse, renunciando omni actioni, requisicioni et excepcioni iuris et facti, que nobis prodesse dictisque decano et capitulo possent obesse, ac excepcioni pecunie non accepte, non tradite, non solute. Ut igitur premissa omnia et singula firmitatis robur debitum sorciantur, presentes litteras super eo confectas memoratis 25 decano et capitulo dedimus sigillorum, nostri videlicet et honorabilium virorum dominorum iudicum ecclesie Aschaffenburgensis, munimine roboratas. Et nos iudices Aschaffenburgensis ecclesie predicti ad peticionem abbatisse et conventus necnon decani et capituli predictorum officialitatis nostre sigillum presentibus apponi fecimus in testi- 30 monium premissorum. Datum et actum anno domini M°.CCC°.XI°., in die exaltacionis sancte crucis.

In dem alten regeste dieser urkunde fügte zu dem worte »*Byschovesheym*« eine hand des 15. jahrhunderts hinzu: »*prope Duryngheym*«.

Aschaffenburger kopialbuch (Bücher verschied. Inhalts 67) f. 68b. Würzburg, 35 kreisarchiv.

1311 okt. 9.

108. *Die begine Kunigunde, tochter des bäckers Rudolf in der Haizergassen, schenkt den deutschen herren von Sachsenhausen haus, hof und sonstigen besitz in und ausser Gelnhausen. Gelnhausen* 1311 *oktober* 9. 40

Universis presentes litteras inspecturis seu eciam audituris Wygandus dei paciencia prepositus ecclesie Selboldensis[1]) Premonstratensis ordinis, salutem cum noticia veritatis. Quoniam temporalis actio rei in oblivionem solet quantocius deduci, si non scripturarum testimoniis
5 propter lapsum temporis perhennatur, hinc est, quod ad singulorum noticiam presencium serie cupimus pervenire, quod constituta in presencia nostra necnon Ulrici sculteti dicti de Rosendall aliorumque scabinorum regalis oppidi in Geylnhausen Cunegundis beckina filia quondam Rudolfi pistoris dicti in der Heczergassen pura et libera
10 mente domum suam et aream, res et possessiones infra oppidum Geylnhausen predictum et extra ac singula bona mobilia et immobilia, que possidet aut in futurum possidere poterit seu conquisierit, absque omni mutacionis scrupulo religiosis viris commendatori hospitalis sacre domus Teutonice in Sachssenhausen contulit ad sue remedium anime irre-
15 vocabiliter et donavit. Eadem vero Kunegundis predicta bona post prefatam donationem de manu dicti commendatoris pro censu annuo sex videlicet Wederebensium recepit singulis annis ad tempora sue vite. Et ne quomodolibet de premissis dubium oriatur, nos presentem cedulam nostri sigilli munimine fecimus roborari. Testes huius rei
20 sunt: Eberhardus plebanus in Jazza, dominus Hartmannus dictus Doubeler canonicus Selboldensis, Fridericus et Wortwicus dicti de Acie, Wernherus Fuzechin, Rudegerus Albus, Sifridus de Breidenbach, cives Geilnhausenses, et quam plures alii fide digni. Actum et datum ibidem, anno domini MCCCXI., nono die Octobris.

25 Der Comendthurey Franckfurth a. M. Documentenbuch f. 56v. Stuttgart, staatsarchiv. Mit einer gleichlautenden urkunde überträgt an demselben tage die begine Elizabeth tochter des verstorbenen Gerhard Schele haus, hof und ihre beweglichen und unbeweglichen güter auf die deutschen herren. Ebda f. 64v. Erwähnt: Niedermayer, Deutschordenscommende Frankfurt 159.

30 109. *Pfalzgraf Rudolf gelobt, an Ulrich II von Hanau tausend pfund heller zu zahlen. Heidelberg 1311 november 4.* 1311 nov. 4.

Wir Rûdolf von gotz genad pfallentzgrave bi dem Rein und hertzog in Beiren tûn chunt allen den, die disen brief lesent, hôrent oder sehent, daz wir geilten suln und schuldich sin worden dem edel
35 manne Ůlrich von Hanawe unserm getrewen umb den dienst, den er uns getan hat und noch tûn mag und sol gen Lamparten, tusent pfunt haller gæber und genger und geheizzen im und sinen erben die ze geben uf den oberest, der schierest chumt. Darumb haben wir im

1) »Seboldeñ« vorl.

Meroltz Guda genant verleihet Cunrade von Grindoha 5 morgen lants, welche er zu weingarten gepflanzet, [3 morgen weinberg an Grindauer berg] gegen 6 fl. iärlicher zinsen«. »Guda magistra, priorissa totusque conventus. Datum a. d. 1302, in octava Stephani«.

1312 febr. 18.

112. *Lehenrevers des burggrafen Heilmann von Starkenburg über den hanauischen hof zu Ostheim mit zubehör.* 1312 *februar* 18.

Noverint universi presentium inspectores, quod cum nobilis vir Ulricus dominus de Haynowe et Agnes conthoralis eius legittima michi Heylmanno burgravio in Starkenberg meisque heredibus utriusque sexus curiam suam in Ostheim cum agris et pratis attinentibus eidem, prout in litteris suis, quas habeo, super eo confectis plenius continetur, tytulo feodi contulerit possidendam, ego Heylmannus meo et meorum heredum nomine dicto domino de Haynowe et suis heredibus volens amiciciam facere specialem promitto presentibus et protestor, quod quandocumque prefatus dominus de Haynowe vel sui heredes michi vel meis heredibus quingentas libras hallensium dederint ante kathedram Petri[1]), extunc ego Heylmannus vel mei heredes ipsis dictam curiam cum mansis et pratis predictis reddere tenebimur, contradictione qualibet non obstante. Et in testimonium premissorum trado ipsis presentem litteram pro me et meis heredibus mei sigilli appensione firmiter communitam. Datum anno domini M°CCC°XII°., XIII°. kalend. Martii.

Orig.-perg. Das schildförmige siegel ist bis auf die fehlende untere spitze gut erhalten; das wappenbild zeigt zwei curven mit ringen belegt, umschrift: + S' HEINRICI · MILI · · · · E · BOMIRSHEIM. Hanauer Lehenurkunden, von Bomersheim. Erwähnt: Gründliche Untersuchung ob mit den grafen 332.

1312 aug. 23.

113. *Die ritter Kraft von Bellersheim, Cuno Kolbendensel von Bellersheim, Werner von Cleen, Erwin und Giselbert Löwe, Werner von Trais und Konrad von Mörle geben dem erzbischofe Peter von Mainz ein verzeichniss der lehen, die sie vom stifte Mainz haben.* 1312 *august* 23. *Darin heisst es:*

Ego vero Wernherus de Kleyn miles a prefato domino archiepiscopo et ecclesia Magunt*ina* iure feodali teneo tres marcas Coloniensium mihi persolvendas de sex iugeribus vinearum sitis in villa Bergen . . . . .

Datum anno domini millesimo CCCXII., X. kal. Septembris.

Liber Registri litt. eccl. Mog. V 13b. Würzburg, kreisarchiv. Gedr.: Gudenus, Cod. Dipl. III 79.

---

1) diese drei worte auf rasur.

114. *Pfalzgraf Rudolf bekennt, Ulrichen von Hanau für seine dienste in Italien noch achthundert sechsundvierzig pfund heller schuldig zu sein. Heidelberg 1312 september 17.* 1312 sept. 17.

Nos Rudolfus dei gracia comes palatinus Reni, dux Bawarie, notum
5 facimus presencium inspectoribus universis, quod habita computacione de mandato nostro speciali per fideles nostros Gerlacum spectabilem comitem de Nassawe, Fridericum de Erenberch, magistrum H. de Waicenburch, Lyenh*ardum* et Ulricum de Pfeffelcheim notarios nostros super stipendio et dampnis receptis in nostro obsequio in Ytalia et
10 Lombardia cum viro nobili Ulrico de Hanawe nos ipsius Ulrici de Hanawe[1]) pro omni stipendio et dampno[2]) sibi pro eodem servicio in Lombardia[3]) et Ytalia per nos debito[4]) in octingentis et quadraginta sex libris hallensium remansimus debitores, quos sibi vel eo non superstite heredibus suis in festo beati Martini episcopi venturo proxime
15 solvere sine dolo promittimus bona fide. Dantes has nostras litteras super eo in testimonium sigilli nostri munimine roboratas. Datum Heydelberch, anno domini millesimo trecentesimo duodecimo, XV. kal. Octobris.

Orig.-perg. Das reitersiegel ist etwas beschädigt. Hanauer Urkunden, Aus-
20 wärtige Beziehungen.

115. *Schiedspruch in sachen des klosters Meerholz gegen Hartmann von Gondsroth wegen zweier drittel des zehnten zu Laubersbach. 1312.* 1312.

Nos Syfridus dominus de Eppensteyn, Wigandus prepositus mo-
25 nasterii Selboldensis et Volradus scultetus civitatis Franckenvordensis recognoscimus per presentes, quod anno domini M°.CCC°XI°., III°. ydus Octobris litigantibus religiosis dominabus . . magistra et conventu sanctimonialium in Miroldis vice et nomine sui monasterii cum strennuo milite Hartmanno de Gůnsrode pro duabus partibus decime ville dicte
30 Laůbersbach electi fuimus concorditer ab utrisque in arbitros et amicabiles co*n*positores sub plenitudine potestatis. Ubi hanc unanimiter fecimus co*n*posicionem, quod prefatus Hartmannus vel sui heredes pro redemptione eiusdem decime obligate sanctimonialibus supradictis dabunt triginta quinque marcas denariorum levium legalium et bonorum,
35 quamlibet marcam ad triginta sex solidos hallensium co*n*putandam, iuxta formam et ad terminos infra scriptos: videlicet in die nativitatis

1) »Vlricici de Hananawe« orig. 2) »dapno« orig. 3) »Lambardio« orig. 4) »debitos« orig.

sancti Johannis baptiste proxime venturo dabunt eis undecim marcas denariorum levium. Quas si tunc dederint, per manus sanctimonialium possidencium et colligencium eandem decimam porrigetur sepedictis Hartmanno aut suis heredibus tercia pars predictarum duarum parcium decime prenotate tempore fructuum et pensionum de decimis dandorum quolibet co*n*petente. Item anno sequente iterum nativitate sancti Johannis baptiste dabunt sanctimonialibus duodecim marcas denariorum levium. Quas si dederint, extunc eisdem Hartmanno vel suis heredibus per manus ipsarum consimili tempore [po]rrigentur due partes decime supradicte. Item tercio anno proxime consequente dabunt ipsis sanctimonialibus iterum duodecim marcas denariorum levium. Quas si dederint eo[dem] termino, scilicet nativitate sancti Johannis baptiste, extunc sepedicti Hartmannus et sui heredes possidebunt et personaliter percipient eandem decimam sic obligatam libere et solute. S[i vero] sepedicti Hartmannus vel sui heredes in presentacione et solucione dicte pecunie ad aliquem predictorum trium terminorum negligentes fuerint et remissi, quamvis post ela[psu]m terminum summam pecunie talis dare presumerent, nisi de speciali gracia et propria voluntate sepedicte sanctimoniales facere vellent, particulatim recipere non cogant[ur, i]mmo possidebunt extunc et percipient totalem decimam redimendam, quousque simul et semel tota summa pecunie scilicet XXXV marce denariorum levium per predictos Hartmannum vel suos heredes ipsis plenarie presentetur. Sin autem sepedicti Hartmannus vel sui heredes dando pecuniam iuxta formam prescriptam aliquem termin[um] valeant prevenire, per ipsas sanctimoniales aut eorum (!) provisores amicabiliter admittantur. In quorum robur et testimonium ambarum parcium peticione sigilla nostra presentibus sunt appensa, anno domini M°.CCC°.XII°.

Orig.-perg. Von den drei siegeln sind nur noch bruchstücke erhalten. Büdingen. Gedr.: Simon III 81. Von einem anderen rechtsstreite des klosters findet sich die folgende nachricht in einem repertorium zu Büdingen: »*Ein lateinisch urthel vom dechant zu Aschaffenburgk vor die iungfrawen Merolzer closters wieder inwohnern zu Gelnhausen. uff pergamen, ohne siegel, welche verlohren. 1314*«.

1313 jan. 2.

116. *Zeugenverhör im processe des Mainzer stiftes s. Peter gegen die von Rannenberg wegen der übergriffe der letzteren in Grosskrotzenburg.* 1313 *januar* 2.

Iudices sancte Moguntine sedis. In causa spolii, quam decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Maguntine contra Wifridum de Rannenberg[1]) armigerum et relictam quondam Johannis militis de Rannenberg

1) »Rnnenberg« vorl.

prosequuntur in iudicio coram nobis, testes infrascriptos iuratos recepimus in penam contumacie dictorum reorum et eos examinari fecimus et dicta eorundem testium transscribi mandavimus in hec verba. C. Reynhardus dictus Wirt de Crotzenburg primus testis receptus iuratus et requisitus super spolio predicto dicit, quod viderit, quod Wifridus et relicta quondam domini Johannis de Rannenberg miserunt quadam die post festum omnium sanctorum non longe hoc anno, quem diem non recolit, quendam nuncium suum ad villanos in Crotzenborg, qui rogavit eos ex parte Wifridi et relicte predictorum, ut eis tres currus cum equis concederent ad deducendum vina ipsorum de Benszheim usque ad Waszerlois. Et quia hoc facere non poterant, sed se excusabant, venit postmodum bene per octo dies predictus Wifridus ad villam Crotzenburg bene cum viginti equitibus armatis dicens, nisi concederent eis tres currus predictos, ipse vellet iacere et eos tantum consumere et destruere, quousque libenter sibi currus huiusmodi concederent. Et cum viderent eis periculum ex hoc i*m*minere, tractabant et ordinabant amicabiliter cum ipso Wifrido, quod acceptaverat duas libras hallensium ab ipsis villanis et renunciavit curribus. Et receptis ab ipsis huiusmodi duabus libris volebat ab eis eciam habere et extorquere expensas per ipsum cum suis sequacibus factas in dicta villa et alibi, quas cum ipsi solvere nollent, recepit violenter Hermanno dicto Vere duos boves et unam vaccam nomine universitatis hominum ville Crotzenborg et deduxit eos Waszerlois in domum relicte predicte et postea eos apud iudeos in Hanaüwe pro tribus libris hallensium obligavit, quos postea ipsi villani et homines in Crotzenborg attinentes decano et capitulo ecclesie sancti Petri pro huiusmodi tribus libris redimebant. Ista dicit testis esse notoria et publica in villa Crotzenburg et terminis ibidem et dicit, quod hoc fecerit dictus Wifridus nomine ipsius relicte et ex eius mandato et ratihabicione ipsius et de hoc dicit esse publicam famam in dicta villa. — C. Conradus scultetus in Crutzenbürg secundus testis iuratus et requisitus super spolio predicto dicit, quod viderit et interfuerit hoc anno post festum beati Martini circa octo dies, qua[1]) die non recolit, quod Wifridus reus venit ad villam Crotzenburg bene cum octo viris armatis et petebat nomine relicte quondam Johannis de Rannenberg ab hominibus dicte ville ad decanum et capitulum sancti Petri proprietatis titulo spectantibus, ut sibi duos currus concederent ad deducendum vina sua de Bensheim usque Waszerlois, et quia hoc facere noluerunt et alia servicia indebita et inconsueta, que petivit eis impendere, recusarunt, spoliaverunt Her-

1) »quadam« vorl.

mannum Heymburgem, qui est homo ecclesie sancti Petri et attinet decano et capitulo ibidem, tribus vaccis [1]) violenter et notorie in eadem villa et deduxerunt eos ad villam Waszerlos ad domicilium relicte predicte et postea obligaverunt easdem vaccas apud iudeos, quas ipse testis a iudeis exemit nomine universitatis hominum in Crotzenburg ad ecclesiam sancti Petri spectancium pro tribus libris et uno solido hallensium, et pro commessacionibus, quas fecerunt eedem [2]) vacce, dedit ipse testis nomine quo supra decem solidos et sex hallenses. Ista dicit esse notoria et manifesta in villa Crotzenburg et in locis vicinis. — C. Item Herbordus dictus Oistheimer de Crotzenborg tercius testis iuratus et requisitus dicit, quod viderit et interfuerit, quod Wifridus reus venit quadam die, quam non recolit, isto anno circa festum beati Martini ad villam Crotzenburg cum suis complicibus bene viginti numero armatis et pernoctabant ibidem inferendo hominibus dicte ville quam plures molestias et offensas hostia concuciendo ac pullos et alias res commestibiles rapiendo, petens de mane ab hominibus dicte ville, ut expensas factas per eum et suos complices illa nocte solverent et quod sibi et domine sue relicte quondam Johannis militis tres currus cum equis concederent ad deducendum vina sua de Bensheim usque Waszerlois. Et quia ipsi talia servicia facere noluerunt, quia non tenebantur nec unquam fecerunt, eo quod nec ipse Wifridus nec domina sua predicta aliquid habent iuris in dicta villa Crotzenburg nec in hominibus ibidem, quia pertinent ad ecclesiam sancti Petri pleno iure proprietatis, ipse Wifridus nomine predicte domine sue de Rannenberg et suo nomine spoliavit homines predicte ville tribus vaccis et deduxit eas ad domicilium ipsius relicte in villa Waszerlois et postea obligavit eas inter iudeos in Hanauwe pro tribus libris et uno solido hallensium, quas postmodum ipse testis una cum Conrado teste precedente nomine universitatis dicte ville Crotzenburg exemit pro tribus libris et dimidia hallensium et pro duobus solidis, ut melius recolit. Et dicit, quod istud spolium sit publicum et notorium hominibus omnibus in Crotzenburg et in locis vicinis et sit fama de hoc publica. — C. Item Hertwinus dictus zum Burgetor quartus testis iuratus et requisitus dicit, quod vidit et interfuit, quando Wifridus reus et sui complices spoliaverunt homines ville Crotzenburg pertinentes ad ecclesiam sancti Petri [3]) tribus vaccis et deduxit eas secum domum in

1) »vactis« vorl. 2) »eadem« vorl. 3) Das patronatsrecht über die kirche besass der propst des stiftes s. Peter; propst Gottfried von Eppstein überliess dasselbe mit anderem besitze (namentlich in Thüringen) gegen eine jährliche zahlung dem capitel am 23. april 1316; erhalten davon ist eine durch die Mainzer geistlichen richter am 13. januar 1318 beglaubigte abschrift in Darmstadt. Eine erneuerung dieses abkommens vom 23. juli 1318 findet sich im kopiar I des stiftes, ebendaselbst.

Waszerlois; et assignat causam spoliacionis huiusmodi sicud testis precedens et concordat cum ipso per omnia excepto eo, quod non interfuerit, quando vacce fuerunt a iudeis exempte. Et dicit spolium huiusmodi esse notorium et manifestum in villa Crotzenburg et de ipso esse 5 publicam vocem et famam ibidem. Habitis itaque ac testacionibus premissis publicatis in penam reorum predictorum nos ad pronunciandum super spolia huiusmodi feriam quartam proximam post octavam epiphanie domini ipsis partibus pro termino presentibus assignamus. Actum anno domini MCCCXIII., IIII. non. Januarii.

10 Kopiar I des stiftes s. Peter. Darmstadt.

117. *Vorladung Wyfrids und der wittwe Johanns von Rannenberg in der gleichen sache.* 1313 *januar* 5. 1313 jan. 5.

Iudices sancte Moguntine sedis in Wilmoczheim et in Waszerlos . . plebanis, salutem in domino. Mandamus vobis, quatenus Wyfridum 15 de Rannenberg armigerum et . . relictam quondam Johannis militis de Ranninberg citetis peremptorie, ut feria quarta proxima post octavam epiphanie domini compareant coram nobis ad audiendum pronunciacionem in causa spolii, quam . . decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Moguntine contra ipsos prosequuntur in iudicio coram 20 nobis. Reddite litteras sigillatas. Datum anno domini M°.CCC°.XIII°., non. Januarii.

Orig.-perg. Siegel fehlt. Hanauer Urkunden, s. Peter zu Mainz.

118. *Kaiser Heinrich VII gestattet dem bischofe Siegfried von Chur die gründung des klosters Himmelau bei Gelnhausen und gibt* 25 *dem kloster genannte nutzungsrechte. Bei Florenz* 1313 *januar* 21. 1313 jan. 21.

Heinricus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus. Venerabili Syfrido episcopo Curiensi principi suo dilecto, graciam suam et omne bonum. Personam tuam utpote virtutum titulis multiplicium redimitam sinceris affectibus prosequentes libenter in hiis, 30 que digne postulas, notis tuis libenter annuimus et, quanto illa pie mentis et integre devocionis signa clariora pretendunt, tanto facilius ad graciam clemenciam nostram inclinant. Tuis igitur supplicacionibus benignius inclinati, quod in Ubenhusen prope Geilnhusen monasterium sanctimonialium sub regula ordinis Cisterciensium in fundo proprio 35 pro tue et tuorum remedio animarum erigere valeas et edificare, liberam tibi concedimus auctoritate presencium facultatem. Et ut nos tam pii operis clemencia divina non sinat expertes, eidem monasterio et personis, quas ibidem domino famulare contigerit, omnem usum

aquarum, silvarum et pascuorum, sicut cives Geilinhusenses utuntur, de nostre liberalitatis munificencia indulgemus, harum testimonio litterarum. Datum apud montem imperialem in castris supra Florenciam, XII. kalend. Februarii, anno domini millesimo trecentesimo decimo tercio, regni nostri anno quinto, imperii vero primo. 5

Erhalten in der originalurkunde Karls IV von 1356 december 17. Hanauer Urkunden, Kloster Himmelau.

1313 jan. 21.

119. *Derselbe schenkt dem kloster Himmelau einen graben in der vorstadt Gelnhausens. Bei Florenz 1313 januar 21.*

Heinricus divina favente clemencia Romanorum imperator semper 10 augustus. Venerabili Syfrido episcopo Curiensi principi suo dilecto, graciam suam et omne bonum. Omnipotenti gratum offerre olocaustum arbitramur et illius graciam facilius promereri credimus, dum terrenam substanciam locorum subsidiis divino cultui deputatorum imperialis munificencia liberaliter elargitur. Cum itaque tu in Ubenhusen prope 15 Geilinhusen quoddam monasterium sanctimonialium in fundo proprio sub regula ordinis Cisterciensium domino inspirante erigere seu edificare proponas, nobis humiliter supplicasti, ut fossatum, in quod influit fons Tilie in suburbiis Geilenhusensibus, ipsi monasterio ut plurimum utile et accomodum ad vivarium piscium preparandum concedere dignaremur. 20 Nos igitur tam pio operi cupientes adesse propicii tuis supplicacionibus inclinati fossatum ipsum eidem monasterio, dummodo in ipsius opidi Geilenhusen intollerabilem lesionem notabilemque iacturam id non redundet, tenore presencium concedimus et donamus, harum testimonio litterarum. Datum apud montem imperialem in castris supra Floren- 25 ciam, XII. kalend. Februarii, anno domini millesimo trecentesimo decimo tercio, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

Erhalten in der originalurkunde Karls IV von 1356 december 17. Hanauer Urkunden, Kloster Himmelau.

1313 jan. 21.

120. *Derselbe erlaubt dem kloster Himmelau die besitzergreifung ver- 30 lassener grundstücke bei Gelnhausen. Bei Florenz 1313 januar 21.*

Henricus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus. Venerabili Syfrido episcopo Curiensi principi suo dilecto, graciam suam et omne bonum. Omnipotenti gratum offerre holocaustum arbitramur et illius graciam facilius credimus promereri, dum terrenam 35 substantiam locorum subsidiis divino cultui deputatorum imperialis munificencia liberaliter elargitur. Cum itaque tu quoddam monasterium sanctimonialium in Ubenhusen prope Gelnhusen sub regula ordinis Cisterciensis erigere domino inspirante ac edificare proponas, nobis

humiliter supplicasti, ut terram incultam et cultam a cultoribus derelictam, quam asseris modici valoris seu utilitatis et in nullius grave dampnum redundare, que summam trium librarum Wederbensium, iuxta quod concedi consuevit, ascendat, inter marcham et vineas Geylin-
5 h*usenses* pro alodio ibidem construendo ad agros excollendos et pascendos greges ipsi monasterio accomodam plurimum et oportunam absque ullius census exhibicione concedere dignaremur. Nos igitur huic pio operi cupientes adesse propicii tuis supplicacionibus annuentes terram ipsam, incultam videlicet et cultam derelictam, consuetam pro tribus
10 libris monete predicte concedi, libere absque ullius census exhibicione ipsi monasterio tenore presencium concedimus et donamus, harum testimonio litterarum. Datum apud montem imperialem in castris supra Florentiam, XII. kal. Februarii, anno domini millesimo CCC°.XIII., regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

15 Orig.-perg. Siegel fehlt. Hanauer Urkunden, Kloster Himmelau. BR 596 ex copia zu januar 13. Gedr.: Böhmer, Acta Selecta 458 (nach einem vidimus).

121. *Dietrich Schelm von Bommersheim trägt Siegfrieden von Eppstein güter bei Bergen zu lehen auf als ersatz für andere zu Erlenbach.* 1313 *februar* 3. — 1313 febr. 3.

20 Ego Theodericus dictus Schelmo armiger de Bomersheim commorans in Bergen tenore presentium publice recognosco, quod cum nobilis vir Syfridus dominus de Eppinstein michi annuerit et voluntarie admiserit, quod unum mansum et dimidium terre arabilis sitos in terminis ville Erlebach, quos ab eodem in feodo tenui et possedi, pro
25 bonis proprietariis vendidi iusto titulo vendicionis et in manus tradidi alienas, unum mansum et dimidium terre arabilis in terminis ville Bergen sitos et proprietarios in recompensa reposui et presentibus repono ac eosdem in feodo teneo et possideo ex speciali concessione domini mei de Eppinstein supradicti. In testimonium predictorum
30 presentes litteras duxi sigilli mei munimine roborandas. Datum anno domini MCCCXIII., III nonas Februar*ii*.

Eppsteiner kopialbuch zu Giessen, universitätsbibliothek. Gedr.: Joannis, Spicilegium I 348.

122. *Die Mainzer geistlichen richter laden Wifrid von Rannenberg*
35 *und die wittwe Johanns von Rannenberg zur anhörung des urtheils in betreff des raubes in Grosskrotzenburg.* 1313 *märz* 8. — 1313 märz 8.

Iudices sancte Mogunt*ine* sedis in Wilmutzheim et in Waszerlos . . plebanis, salutem in domino. Mandamus vobis sub pena suspen-

sionis, quatenus Wifridum de Rannenberg armigerum et relictam quondam Johannis militis de Rannenberg citetis peremptorie, ut feria sexta proxima post dominicam reminiscere compareant coram nobis ad audiendum pronunciacionem in causa spolii, quam . . decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Moguntine contra ipsos prosequuntur in iudicio coram nobis. Reddite litteras sigillatas. Datum anno domini M°.CCC°XIII°., VIII° idus Marcii.

Orig.-perg. Siegel fehlt. Hanauer Urkunden, s. Peter zu Mainz.

1313 april 1.

123. *Erzbischof Peter von Mainz erneuert die bestimmung vom jahre 1295 wegen einschränkung der zahl der nonnen in Meerholz. Aschaffenburg 1313 april 1.*

Petrus dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius dilectis in Christo . . magistre, . . priorisse et conventui sanctimonialium in Meroldes ordinis Premonstratensis dyocesis Maguntine, salutem in domino. Ad aures nostras pervenit, quod monasterium vestrum sit tanto monialium numero oneratum, quod ad sustentacionem earum eius non possunt sufficere facultates (*und weiter wie in der urkunde von 1295 december 12 bis »ampliandus« am schlusse, mit dem zusatze:*) et nisi nos vobis aliud specialiter iniungamus. Datum Aschaffenburg, anno domini millesimo CCC° tercio decimo, kalen. Aprilis.

Orig.-perg. Bruchstück des siegels. Büdingen. Im auszuge gedruckt: Simon III 82.

1313 april 20.

124. *Hertwin vom Hohenhaus, sein schwiegersohn und seine tochter bewilligen Ulrich II von Hanau das recht des rückkaufs verkaufter korngülten in Kesselstadt u. a. o. 1313 april 20.*

Nos Hertwinus de Alta domo, Wortwinus dictus von der Ecken gener nec non Hadewigis filia eiusdem, relicta quondam Johannis de Glouburg, cives in Frankenvord, recognoscimus pro nobis et nostris . . heredibus, constare volumus presentium inspectoribus universis, quod cum nobilis vir dominus Ulricus dominus de Haynouwe ac domina Agnes conthoralis eius legitima manu communicata nobis nostrisque . . heredibus super curiis et mansis in Ketzelstadt, in Brůchkebel, in Ussenkeym, in Mittelbůchen et in Wachenbůchen trecentarum et trium octalium siliginis redditus annue pensionis, maldro quolibet dato et conputato pro novem libris et decem solidis hallensium, iusto venditionis titulo vendiderint, prout in litteris super eo nobis datis plenius continetur, nos volentes affectum benivolentie dicti domini de Haynowe

captare sibi suisque . . liberis seu . . heredibus legitimis utriusque sexus non coacti nec inducti, sed ex mera liberalitate dictos redditus cum curiis prefatis reemendi, maldrum quodlibet cum novem libris et decem solidis hallensium, plenam et liberam damus et concedimus
5 potestatem. Hoc adiecto, quod facultate se eis offerente redditus centum octalium ducentorum vel trecentorum, ubicumque ipsis magis placuerit, reemere poterunt communiter vel divisim, ita quod talis reemptio infra festa beati Mychahelis et nativitatis domini conpleatur, quandocumque ipsis visum fuerit expedire. Preterea si evidenti necessitate
10 conpulsi curias cum redditibus huiusmodi, fraude et dolo semotis, vendere cogeremur vel nostri . . heredes ad id faciendum notorie cogerentur, extunc ante omnia prefato domino de Haynowe vel suis . . heredibus dictas cum redditibus curias tenebimur exhibere ad reemendum ad tres menses, quibus transactis, si in reemendo negligentes
15 extiterint, ipsos redditus ut premittitur vendere, obligare seu in alias personas quocumque titulo transferre tamquam alia nostra bona propria poterimus pleno iure. Acta sunt hec Gyselberto Leone, Johanne de Rûdenkeym, Wynthero de Haynouwe, Henrico de Langete, Eberhardo Wamboldo, militibus, Wigelone de Rana, Wigelone de Wanebach,
20 civibus Frankenvordensibus, et aliis pluribus presentibus fidedignis. Nos vero Hertwinus et Wortwinus predicti in testimonium evidens premissorum sigilla nostra presentibus nostro et . . heredum nostrorum nomine, quos ad observantiam prescriptorum obligatos esse volumus, duximus appendenda. Et ego Hedewigis prenominata, quia sigillo
25 proprio careo, pro me et meis . . heredibus sigillis . . patris et sororii mei predictorum me contentam presentibus recognosco. Datum anno domini M°.CCC°XIII°., XII°. kal. Maii.

Orig.-perg. Die beiden runden siegel sind ziemlich gut erhalten, das erste zeigt im schilde ein haus, das zweite ein pentagramm. Hanauer Urkunden, Orts-
30 repositur.

125. *Helfrich von Rüdigheim, Johanniterprior in Deutschland, trifft bestimmungen über den austausch einiger dem hause Rüdigheim geschenkten güter in Rüdigheim gegen andere zu Ravolzhausen.* **1313** *juni* **15.**

1313 juni 15.

35 Nos frater Helphricus de Rudinkeim humilis prior sacre domus hospit*alis* sancti Johannis Jherosolymitani per Alimaniam ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus pervenire, quod pari et unanimi consensu ac matura deliberacione prehabita fratrum meorum domus in Rudinkeim tres mansos agrorum campestrium
40 in marchia sive territorio ville Rudinkeim predicte sitos, qui quondam

fuerunt domini Syfridi de Husinstam militis, nunc autem per Brazzonem cocum nostrum ac alios Christi fidelis emptos, quos scilicet mansos dilectus nobis in Christo Brazzo cocus noster predictus ac alii Christi fideles nostrum ordinem ac nos ipsos favorabiliter amplectentes nobis et fratribus prenotatis propter deum humiliter contulerunt pro remedio 5 animarum suarum et ob spem melioris vite ut presumitur[1]) firmiter consequende nomine testamenti et specialiter in refectionem, consolacionem et pittanciam dictis fratribus faciendas, tali condicione interposita, quod ipsius Brazzonis semel in anno, aliorum quoque Christi fidelium premissorum anniversarius in quatuor temporibus singulis annis 10 missis, vigiliis ac aliis oracionibus secundum consuetum ritum in dicta domo Rudinkeim per fratres nostros predictos fideliter peragatur, permutavimus et permutari fecimus pro bonis in territorio ville Ranvoldishusein sitis, que quidem bona Conradus filius Gerlaci Molendinarii excolit et possidet sibi per nos locata pro annua pensione quinqua- 15 ginta unius octalium siliginis Frankynfordensis mensure, in predictorum mansorum trium in marchia ville Rudinkeim predicte sitorum reconpensam. Est eciam huic contractui hoc adiectum, quod si ipse contractus aliquo annorum per nos vel nostros successores seu per . . commendatores in dicta domo Rudinkeim ad presens vel in posterum 20 existentes inpediretur, quod absit, aliqualiter cum effectu, tunc illo anno, quociens hoc fieri contigerit, dolo postpositis adque fraude, tota pensio prenotata nobis testamenti nomine erogata ad claustrum Selbolt ordinis Premonstratensis libere devolvetur. Ita tamen, quod predictorum anniversarius apud monachos dicti claustri iuxta formam preha- 25 bitam tempore debito observetur. Ad hoc eciam in maiorem evidenciam ac certitudinem pleniorem quosdam redditus, quos dominus Rodulfus de Dudilsheim miles felicis recordacionis ac alii Christi fideles nobis et domui predicte modo simili contulerunt, in Hytthingeseze et in Selbolt sitos, pro domino Conrado de Berstat milite conparatos, no- 30 mine pene ordinacioni et contractui supradictis in hiis scriptis duximus subponendos. Insuper volumus et mandamus, ut in dicte pensionis procuracione unus de fratribus nostris in recipiendo et colligendo dictam pensionem de unanimi consensu dictorum fratrum, quem voluerint, specialiter deputetur, in quem ad id faciendum occasione qualibet 35 cessante plenam presentibus transfundimus potestatem. In cuius rei testimonium sigillum nostri prioratus presentibus est appensum. Datum anno domini M°.CCC°XIII°., die Viti et Modesti beatorum martyrum.

Orig.-perg. Siegel fehlt. Hanauer Urkunden, Johanniter in Rüdigheim.

---

1) »presimitur« orig. 40

126. *Ulrich II von Hanau genehmigt den verkauf eines lehengutes zu Rumpenheim durch Wigand Fraz an Guda von Frankfurt.* 1313 *juni* 18.

1313 juni 18.

Nos Ulricus dominus de Haynowe recognoscimus presentium in-
5 spectoribus universis, quod cum Wigandus dictus Fraz miles et Beatrix uxor eius legittima manu communicata Gůde de Frankenfort relicte quondam Heinrici dicti Henhusere dimidium mansum terre arabilis situm apud Rumphenheim a nobis in feodo descendentem proprietatis tytulo vendiderunt possidendum, petentes dicte vendicioni consensum
10 nostrum benivolum adhiberi, nos ipsorum peticioni favorabiliter annuere cupientes dicte vendicioni consensum nostrum adhibemus benivolum et expressum, dantes presentem li*tt*eram nostri sigilli robore communitam in testimonium super eo. Anno domini M°.CCC°.XIII°., XIIII. kal. Julii.

15 Orig.-perg. Das reitersiegel (nr. 1 der siegeltafel) ist stark beschädigt. Frankfurt, stadtarchiv, Liebfrauenstift nr. 38. Gedr.: Böhmer Cod. M. F. 404.

127. *Das kloster Arnsburg bekennt, dass ihm Ulrich II genannte einkünfte auf so lange überlassen habe, bis daraus die von Ulrich I dem kloster vermachten vierhundert mark erhoben worden seien.*
20 1313 *juni* 24.

1313 juni 24.

Nos frater Wytkindus dictus abbas et conventus monasterii in Arnsburg recognoscimus per presentes, quod nobilis vir dominus Ulricus dominus in Hagenouwe cum Agnete uxore sua legittima nobis et ecclesie nostre redditus quadraginta marcarum denariorum usualis
25 monete in elemosinam pure propter deum facta donacione inter vivos contulit, dedit et resignavit nomine testamenti a patre suo nobili viro domino Ulrico felicis memorie preordinati, racione dotis facte et luminis ad altare, duorum anniversariorum ex parte progenitorum suorum et communis usus nostri monasterii, ut in litteris super hoc confectis
30 plenius est expressum, in sue anime ac domine Agnetis, patris sui domini Ulrici, Elyzabet parentum suorum, domini Reynhardi et Alheydis avorum suorum animarum remedium et salutem, perpetuo sine contradictione et absque omni revocacione pacifice possidendos. Quos quidem redditus comparabimus de quadringentis marcis denariorum
35 percipiendis, tollendis et colligendis annis singulis continuis incipientibus ab anno incarnacionis domini millesimo CCC°.XIII°. circa festum beati Johannis baptiste, de decimis suis in villis Gruningin, Dorfgulle et de bonis eius in superiori Morle cum omnibus suis pertinenciis in

manus nostras resignatis, ita sane, quod super annua revolucione circa festum beate Walpurgis fiat computacio de fructibus perceptis et extunc secundum valorem precii, prout solverint, estimabuntur et defalcabuntur a summa quadringentarum marcarum prenotata. Et hoc tamdiu de anno in annum fiet temporibus successivis, donec eadem summa quadringentarum marcarum complete et integraliter percepta fuerit et soluta. Qua quidem summa soluta ipsa bona prefata cum omni integritate ad predictum dominum Ulricum et suos heredes libere revertentur et extunc eosdem redditus in bonis comparatis cum illis quadringentis marcis et in locis ad hoc deputatis in *litt*eris conscribemus et eas parieti iuxta sepulturam progenitorum domini Ulrici prescripti in ipsorum memoriam affigemus, medio tamen tempore dotem cum lumine altaris et serviciis pro anniversariis expediemus domino concedente. Et ad ista omnia premissa nos nostrosque successores presentibus obligamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum ut supra anno domini millesimo CCC°.XIII., Johannis baptiste.

Orig.-perg. Das spitzovale grüne siegel ist sehr beschädigt. Hanauer Urkunden, Auswärtige Beziehungen.

1313 juli 26.

128. *Ulrich von Hanau überlässt der stadt Windecken und dem dorfe Ostheim den wald Herden in tausch gegen den wald Reberinges.* 1313 *juli* 26.

Nos Ulricus dominus de Haynowe et Agnes conthoralis eius legitima recognoscimus presentium inspectoribus, quod cum castrenses et[1]) opidani in Wunecke et homines in Ostheim residentes nobis pro nemore nostro dicto die Herden per modum permutacionis hinc inde inter nos facte fundum nemoris dicti der Reberinges iusto donacionis tytulo donaverint ac renunciaverint eidem, nichil sibi vel suis successoribus iuris in ipso fundo aliqualiter reservantes, nos prefatum nemus die Herden in ipsos in recompensam dicti fundi simili donacionis tytulo transferimus tenendum et possidendum cum omnibus suis utilitatibus et iuribus, quibus ipsum progenitores nostri et nos hactenus noscimur possedisse. Renunciamus itaque actioni doli mali omnique iuris auxilio canonici et civilis, per quam vel per quod dicta nostra translacio seu donacio possit imposterum per nostros successores aliqualiter infirmari, promittentes sincere, quod ipsos in nemore predicto non debebimus iniuriose gravare, non aliquid, quo mediante ipsis posset generari preiudicium, attemptare, nobis nostrisque heredibus[2]) tamquam dominis

1) fehlt in der vorlage. 2) hiernach in der vorlage vier puncte.

iurisdictionis reservantes. Testes huius facti sunt: Gyselbertus Leo, Wintherus de Buchen[1]), Johannes de Rudenkeim, Heinricus de Langete, Conradus dictus Furhultze, Conradus de Buches milites, Aplo de Eychin, Johannes[2]) et plures alii fidedigni. In quorum fidem et per-
5 petue firmitatis memoriam damus presentem literam nostrorum sigillorum appensionibus roboratam. Anno domini MCCCXIII., in crastino beati Jacobi apostoli.

Beglaubigte abschrift von der hand des jüngeren Bernhard aus dem jahre 1764, papier. Hanauer Urkunden, Ortsrepositur. Das original war 1764 in ge-
10 meinschaftlichem besitze von Windecken und Ostheim.

129. *Konrad von Wartenberg verpfändet dem kloster Marienborn wegen seiner schwester Irmengard für vierzig pfund heller einkünfte in der gemarkung von Windecken.* 1313 *september* 3.

1313 sept. 3.

Ego Conradus dictus de Wartenberg notum esse cupio universis
15 presentes li*tt*eras inspecturis, quod teneor dominabus religiosis . . abbatisse et . . conventui sanctimonialibus ecclesie Fontis sancte Marie ordinis Cysterciens*is* Mogunt*ine* dyocesis sub forma mutui ra*c*ione Yrmingartis sororis mee eiusdem cenobii sanctimonialis quadraginta libras hallensium pecunie numerate, pro quibus solvendis eisdem . .
20 abbatisse et . . conventui redditus novem octalium siliginis mensure Frankinvordensis de quatuor mansis bonis meis, quondam avi mei Gernandi bone memorie, mere propriis in terminis opidi Wuneckin sitis obligavi, percipiendos annis singulis ab eisdem, non obstante, si dicta Yrmingartis, quod absit, medio tempore moreretur, et resignavi in manus
25 ipsorum (!) presentibus. Ita sane, quod quocu*m*que tempore sive anno ante festum penthecostes pecuniam predictis . . abbatisse et . . conventui presentavero antedictam, tunc bona mea prefata ipsis obligata absque defalcacione recepte siliginis in precio a pecunia prenotata ad me revertentur libere et solute. Si vero prefatam pecuniam usque
30 post festum penthecostes ipsis distulero presentare annuatim temporibus successivis, tunc ad abbatissam et . . conventum memorati redditus devolventur. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde confectum sigillo cognati mei Gerlaci de Cleyn militis obtinui roborari. Ego vero Gerlacus predictus ad rogatum Cunradi de Wartinberg con-
35 sanguinei mei presentes li*tt*eras sigillo meo roborandas duxi in evidenciam premissorum. Datum anno domini M°CCC°XIII°., in die beati Antonii confessoris.

Orig.-perg. Siegel fehlt. Büdingen. Gedr.: Simon III 83.

---

1) »Buches« vorl. 2) hiernach drei puncte.

1313 sept. 7.

130. *Ulrich II von Hanau und seine frau verkaufen an Hertwin vom Hohenhaus und genossen ihren hof zu Rossdorf mit zubehör.* 1313 *september* 7.

Nos Ulricus dominus de Haynowe et Agnes conthoralis eius legittima recognoscimus presentium inspectoribus universis, quod manu communicata et pari concurrente consensu honestis viris Hertwino de Alta domo, Rylindi uxori sue legittime, Wortwino dicto von der Ecken, Guthe uxori sue legittime necnon Hedewigi relicte quondam Johannis de Glouburg ac eorum liberis et . . heredibus utriusque sexus curiam nostram in Rostorf cum sex et dimidio mansis, pratis ac aliis suis pertinenciis pro trecentis minus quindecim libris hallensium, quam pecuniam in numerata pecunia recepimus ab eis nostrisque usibus recognoscimus applicatam, iusto vendicionis titulo vendidimus et vendimus iure proprietario perpetuis temporibus possidendam et tenendam, cum omnibus condicionibus et utilitatibus, quibus ipsam curiam cum suis pertinentiis noscimur hactenus possedisse, mittentes ipsos in possessionem dicte curie ac renunciantes omni iuris auxilio statuti vel statuendi, canonici vel civilis omnibusque excepcionibus seu subtilitatibus, per quod vel per quas dicta nostra vendicio de iure vel de facto posset vel deberet a quoquam imposterum impugnari vel aliqualiter infirmari. Hoc adiecto, quod si emptores predicti vel eorum . . heredes, fraude et dolo exclusis, evidenti necessitate compulsi predictam curiam cum suis pertinentiis vendere cogerentur, extunc nobis vel nostris . . heredibus pre omnibus aliis ad tres menses exhibere tenentur, quibus transactis, si in reemendo negligentes extiterimus, predictam curiam cum suis pertinentiis non obstante nostra vel . . heredum nostrorum reclamacione vendere, obligare, donare seu in alias personas transferre tanquam alia bona sua propria poterunt pro sue beneplacito voluntatis. Hac eciam protestacione nobis salva, quod nobis nostrisque . . heredibus sepedictam curiam cum suis pertinentiis infra festa beati Michahelis, et nativitatis domini oportunitate se nobis offerente, prout in li*tt*eris dictorum emptorum super eo nobis traditis plenius continetur, reemendi pro supradicte pecunie quantitate libera sit facultas. Preterea adicimus, quod . . colonum ipsam curiam inhabitantem [1]) indebitis fatigationibus non debemus plus quam alios nostros homines fatigare nec illicite perturbare. Insuper pro warandia debita iuxta terre consuetudinem et consueta ipsis emptoribus hos constituimus fideiussores: Gysilbertum dictum Lewen, Johannem de Růdinkeim,

1) »inhabitatem« orig.

Wintherum de Buchen, Heinricum de Lancten, Ebirhardum Wonbolt, Hartmodum de Cronenberg, Conradum dictum Trebote, Aplonem Coquinarium, Johannem de Clen, milites, Wortwinum de Babenhusin, Aplonem de Eychen et Marquardum dictum Nutsher, qui si infra 5 annum presentem in dicta curia instancias iuris vel alias impedimentum legittimum sustinuerint, ab ipsis emptoribus moniti in Frankenvord more fideiussorio expensas facient, donec impedimentum huiusmodi plenarie fuerit reformatum. Testes sunt milites et fideiussores prenotati. In quorum fidem et perpetue firmitatis evidentiam damus 10 prefatis emptoribus et eorum . . heredibus presentes li*tt*eras nostrorum sigillorum appensionibus roboratas. Anno domini M°.CCC°XIII°., VII°. idus Septembr*is*.

Orig.-perg. Die beiden siegel sind beschädigt, das reitersiegel Ulrichs ist das auf der siegeltafel unter nr. 1 abgebildete, das siegel der frau Agnes ist 15 oval und zeigt eine frauengestalt, deren hände auf den beiden wappenschilden ruhen; umschrift ··GNETIS·DNE·DE·HAYNO·· Frankfurt, archiv der freiherrn v. Holzhausen.

131. *Gelnhäuser rechtsordnung.* 1313 *december* 6.

1313 dec. 6.

In dem nam des heilgin kristes so heben wir disen brief an. Nu 20 tun wir kunt allen den, die disen brief horent oder sehen, daz der schultheisze und die scheffin und der rad von Geylnhusen eynmutlich und mit gantzem berade und mit gudem willen han gesatzt und geordent die stocke, die hernach beschriben sint.

Daz erste ist: Wer sin kint beredet und git her zu syme kinde 25 eigin oder erbe, die sitzen mit[1]) einander. Ginge sie beide nod an, sie mochten wol verkouffin mit[2]) einander; weȓ aber, daz ir eins abginge von dotdes wegin an erbe, so sal daz andere dabie sitzen biz an sin ende; von welchem erbe ez ist darkůmen, uf die sal ez furbaz vallen und reichen. Ez enweȓ dann, ab ez blibet unverandert, 30 so mag ez wol angriffen sine notdorfft; wer aber, daz ez sich verandert, so mag iz wol ufhebin und geniszen, diewile ez lebet. Wir sprechin auch an, daz nẙman mag verkouffin noch versetzin sin eigin noch sin erbe an sins wibes hant.

Item daz sich tzwene tzuge vermeszin, daz ist dit.

35 Wir sprechin auch me. Swa tzwene sich tzůge vermeszin, die scheffin sullen uzdreden und sullen ir beider getzůge horin ane geferde. Swelch der beste getzug ist, des sullen die scheffin wider ingen und sullen ez uffenen. So sal der ammetman hyme helfin, der da recht getzuge hat, daz ein recht ist.

40 1) »mir« vorl. 2) »min« vorl.

Item der den andern beklet.

Wir sprechin auch me. Swer den andern beklet, umb welche sache iz sy, an unfuge, der sal ym antwortin. Spricht he, daz hers unschuldig sii, man setzit ym tag ubir firtzehin tage; tut he sin unschult, so ist he von yme enbrochin umb die sache, wil her yn aber beredin und mag des nicht gedůn, so ist her des eydes entladin. Mag her in aber beredin, so sal der richter ym richten ubir virtzehin dage. Wir sprechin auch me, ist daz her begiht, so sal man ym gebietin, daz her gelde in virtzehin tagen; det her des nicht, so were er schuldig die busze und sulde man yme richtin uber virtzehin dage. Were auch, daz ein man gein dem andern burge wůrde, begiht her der burgeschaft, so sal er ym dun, daz her yme globet hat in virtzehin dagen; det her des nyt, so musz her verbuszen und wirt zů eyme sachwalde und sal man richten ubir virtzehin dage. Wir sprechen auch me, da ungefugin lüdin wirt zu gerichte gebodin, kument sy nicht, so mugin sy furbaz kein loůgenunge tun und muszin iz verbuszin. Ez enmag auch kein amptman gependen umb sine busze, hern enhabez uz gedunget zu drien firtzehin tagin. Wir sprechin auch me: Swanne unser messe anget virtzehin dage, so mag ein islich man den andern beklen, der sal ym abundes fur gebieten munt gein munde. Kumet her dar, her sal ym antworten am andern dage, so sal er ym gelt oder recht důn und tet her des nicht, man sulde den cleger richtin by schinder sunnen. Wer aber, daz her nicht fur queme, man sulde ym aber richtin by schynder sunnen. Ez enmag nymant den andern beredin in der friheit unser messe. Wir sprechin auch me: Man hat ymme iare ein Mertins ding; swann man daz gekundet, so sal aller menlich da sin; wer da nicht enist, der musz iz verbuszen mit funf schillingen, her enbrenge dann fur, daz herz billich genisze. Ist auch, daz einre den andern hat vor beklet, her gehe ym oder louken yme, und fellet daz Mertins ding da inne, der sal gelt oder recht tůn; und det her des nicht, man sulde den kleger richten by schinder sonnen. Wer aber, daz daz sin erste clage were, so sulde man ym setzin sine rechtin tage.

So man uzburgere beklet.

Wir sprechin auch me: Swo unser burgere einen uzburgere beklet, dem sal man kuntliche tag setzin; kumet her biz mittentag, so mag furbaz keine laugenunge tun und sal dem kleger richten von siner farenden habe uber firzehin dage. Man[1]) sal eyme islichen edelmanne fur gebieten mit den heymburgin. Wir sprechen auch me:

1) »mal« vorl.

Swem an gericht wirt geboten, kumet her nicht, her git ein halb virteyl des bestin wins, und swer an urlåb sin wort sprichet, der git auch eyn halb virteyl des bestin wins. Und wer for sinen vorsprechen sprichet, der git auch ein halb virteyl, und wer an urlaub uf die 5 heilgin leit, der gibt auch ein halb virteyl, und wer an urlaub abeleit, der git auch ein halb virteyl des bestin wins. Und wer sich getzuge vermiszit, mag her nicht bezugin, her hat verlorn und git ein halb virteil des bestin wins. Wir sprechen auch, wa lude unfugen mid einander, man sal die kuntschaft verhoren; ist keiner unschuldiclich 10 darzu kumen, der sal nicht verbuszin und hyne die sullen verbuszin yderman sehtzig schillinge, die da schuldig sin. Und swer daz gerichte irret mit worten, der sal gebin ein halb virteil des besten wins.

Diit ist, da sich Jungfrauwen selber beraden an irre frunde rad.

Swelch man hat dochtere oder sůne, beraden sich die selber an irre 15 frunde rad, die sal irs erbes enterbt sin. Ez enwere dann also vil, daz ir geswistere sehin, daz sye sich wol anleiten, so mochten sy in geben, waz sy wolden. Wer aber, daz sie daz brechin, swaz sie in geben, also vil solden sie der stad reichen.

Wir sprechen auch me: Swer bie der stedebenner wirt gefangin, 20 den sal man losin, hat her zehin marke wert, man sal ime zu sture geben eine marg und al uz und uz, als sich geburt, von hundert marken zehin marg und furbaz als sich geburt. Dref ez sich uber daz, der man sulde sich selber furbaz losin von sin selbis gude. Wir sprechin auch me: Wer̊ daz eyn man syne habe verlůre, man solde 25 sie ym geldin, als bescheidenlich sie. Wer auch, ab god gluckete der stad, daz sis felt behilde, so sulde man die gefangen antwurten der stad; swaz anders da were, daz sulde man glich teylen arm und riche. Wir sprechin auch me: Wer von dannen fluhe, so arm und riche striten umb des riches ere, der sulde verwisit werdin, wib und 30 kinde, daz sy nummerme sedilhaft werdin, ez enwer dann, daz man gemeynlich widerkerte.

Des sint da gewesin her Johan von Kreinfelt schultheisz zu Geilnhusen und her Hartman von Breidenbach und her Friderich an der Ecken und Wortwin Grosze und Wernher Goltsag und Rudiger Wisze 35 und Sifrid von Breydenbach und Herbort von Creinfeld und Reinbot von Spiegelberg und Herman Fuszchin und Wernher Fůrngudensun, die scheffene. Nu vom rade: Hartman von Breidenbach und Eberhart Fůrngudensůn und Johan Goltsag und Gozze von Richinbach und Gerhart Urleuge und Herman Schele und Hartman von Karlstad und 40 Wortwin Fernberchtensun und Cůnrad vom Stege und Heinrich Zinke und Ernst Smyd und Orte Schifman und Wigand Feldesman und Lutze

Ursauge und Lederere und Herman Dutde und Klafhuser und Arnolt von Horbach und Heimel Wachtmeister und Gerhart Altgewender und Hartman Froschuser. Zů eym getzugnisse und festenunge so henken wir der stede ingesigel daran. Des ist der brief gegeben worden nach gots geburte dusent iar und drůhundert iar und drůzehin iar, an sent Nycolaus tage.

Gelnhäuser kopialbuch des herrn konsuls Becker. Gelnhausen.

1314 juni 9.

132. *Arros von Breuberg stiftet seiner frau Gisela im kloster Arnsburg ein seelgedächtniss aus einkünften zu Fischborn.* 1314 *juni* 9.

Nos Arrosius dominus de Bruberg recognoscimus et publice profitemur, quod nos bono animo et sana deliberacione cenobio in Arnisburg unam marcam denariorum levium legalium et bonorum in villa nostra Fisseburnen in bonis nostris ibidem quesitis et non quesitis nobis attinentibus pro remedio anime nostre uxoris domine Gysellen pie memorie annuatim in epiphania domini singulis annis immediate iure proprietario perpetuo damus possidendam. Ita tamen, si nos et nostri heredes predictam pensam marce prehabite reemere intenderimus, predictus conventus et cenobium nobis et nostris heredibus memoratis sine contradictione qualibet pro decem marcis[1]) denariorum Wedrebensium revendere debent et nichilominus cum pecunia prehabita conventus ac cenobium sepefatum pensam unius marce sibi co*n*parabunt. Dantes has nostras litteras sigillo nostro roboratas in testimonium premissorum. Datum anno domini M°CCC°XIIII., in octava trinitatis.

Orig.-perg. Das reitersiegel ist am rande beschädigt. Lich, Arnsburger Urkunden. Gedr.: Gudenus, Cod. Dipl. V 1013.

1314 um juni 15.

133. *Gertrud, die frau Konrad Furhulzes, vermacht dem kloster Arnsburg güter zu Bruchköbel und Windecken unter gewissen bedingungen.* 1314 *um juni* 15.

Ego Gertrudis uxor legitima Conradi militis dicti Forhulzo de Wonneckin tenore presencium recognosco, quod cum secundum diffinicionem et estimacionem prudentum virorum equa divisio et[2]) specificacio bonorum meorum et nostrorum ab pie memorie Wigando quondam marito meo dilecto, patre fratris Conradi monachi in Arnsburg filii mei dilecti in me et eundem filium meum hereditarie devolutorum inter me et filium meum predictum ex una et Conradum militem maritum meum predictum ex parte altera facta et celebrata de consensu communi nostro fuisset et in eadem divisione et specificacione

1) »macis« orig. 2) »et« doppelt im orig.

bona subnotata libere disposicioni mee cum quibusdam bonis aliis a Wigando quondam marito meo predicto derivatis relicta fuissent, ego volens de eisdem bonis holocaustum deo facere medullatum, attendens quoque affectum religiosorum virorum . . abbatis et conventus mona-
5 sterii de Arnsburg erga filium meum memoratum, nomine elemosine et hereditarie porcionis predictum fratrem C. filium meum contingentis do et assigno et donacione inter vivos facta presentibus irrevocabiliter dono redditus viginti quatuor octalium siliginis mensure Franken-fordensis annis singulis de duobus mansis mere propriis meis et curiis
10 in villa Bruchkebelin et in opido Wonneckin et in terminis seu campis eorundem sitis predictis religiosis de Arnsburg Cysterciensis ordinis et monasterio eorundem tytulo mere proprietatis in perpetuum tenendos et percipiendos et pacifice possidendos. Ita sane, quod post obitus nostros, scilicet meum et C. militis mariti mei predicti, hec possessio
15 solummodo currere incipiat religiosis predictis et postquam ambo viam universe carnis ingressi fuerimus, Happelo et Agnes uxor sua cognata mea dilecta predictos duos mansos si voluerint absque augmentacione reddituum et census XXIIII^or^ octalium predictorum iure colonario a predictis religiosis recipient et colent eosdem, dum tamen absque
20 omni *im*pedimento censum et pensionem seu redditus solvant dictis religiosis annis singulis memoratos. Et medietas[1]) dictorum reddituum in servicium seu pitanciam in anniversario meo et maritorum meorum predictorum, que in unam diem colligentur, dandam annis singulis a cellerario coquine dicti monasterii ipsi conventui fideliter convertetur,
25 reliqua vero medietas in communes usus monasterii convertetur. Post obitum vero Happelonis et Agnetis predictorum mansi predicti cum omni melioracione ad dictum monasterium libere devolventur et tunc fiet, sicut de medietatibus iam est prenarratum. Insuper V iugera vinearum, que dedi Happeloni et Agneti cognate mee predictis ad
30 tempora vite ipsorum, iuxta Wonneckin sita, si sine filiis vel filiabus decesserint et si suis consanguineis vel aliis ea legare voluerint, t*un*c, extunc ut exnunc ipsos onerando, volo et dispono, quod viginti marcas denariorum legalium predictis religiosis et eorum monasterio iidem Happelo vel Agnes solvent et eadem pecunia emendo redditus possi-
35 biles emi per eandem ad procuracionem infirmorum in predicto mona-sterio per omnia convertatur vel dictum monasterium, si predicta pecunia eis assignata non fuerit, dicta iugera[2]) vinearum libere possi-debit. Si vero Happelo et Agnes predicti liberos genuerint ex matrimonio iam contracto inter ipsos, tunc ipsis dicta iugera libere

40 1) »meditas« orig. 2) »jura« orig.

remanebunt. Huius rei testes sunt: Wernherus plebanus, Conradus miles de Buchees castrensis, Happelo de Eychen predictus advocatus, Johannes Faber scabinus et magister civium in Wonneckin et fratres magister Hartmudus grangiarius et C. filius meus predictus monachi in Arnsburg. Actum et datum sub sigillo opidi in Wonneckin, quod nos . . scabini et consules dicti opidi in evidenciam premissorum ad rogatum parcium predictarum presentibus appendimus, anno domini M°.CCC°.XIIII°., circa festum beati Viti martiris.

Orig.-perg. Das beschädigte stadtsiegel ist gebrochen. Lich, Arnsburger Urkunden. Gedr.: Baur, Arnsburger Urkundenbuch 290 (im auszuge).

1314 okt. 15.

134. *Erzbischof Peter von Mainz schliesst mit Siegfried von Eppstein, Philipp von Falkenstein und Ulrich von Hanau einen vertrag zum schutze des herzogs Ludwig von Baiern bei der wahl und der krönung des römischen königs. Aschaffenburg 1314 oktober 15.*

Nos Petrus dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius recognoscimus in hiis scriptis, quod procuratorio nomine pro illustri domino Ludewico comite palatino Reni duce Bavarie speciale mandatum ad hoc habentes cum nobilibus viris Sifrido de Eppenstein, Philippo de Valkenstein iuniori et Ulrico de Hanawe conduximus seu tractavimus in hunc modum, quod quilibet eorum predicto domino Ludewico tempore electionis regis Romanorum in Francfurd et tempore coronacionis sue Aquis cum triginta dextrariis seu caballis servire promisit fideliter et astare. Dictus quoque dominus Ludewicus propter merita et grata eorum servicia sibi in dictis locis et temporibus inpendenda cuilibet eorundem mille et ducentas marcas argenti et duobus militibus cuiuslibet dictorum trium dominorum, quos ad hoc elegerint seu deputaverint, ducentas libras hallensium dabit et donabit; cuius quidem[1]) pecunie mediam partem in proximo festo nativitatis domini et in subsequenti festo pasce residuam medietatem persolvet nobilibus antedictis. Insuper quoque adiectum, quod prefatus dominus dux ad refusionem omnium dampnorum tenebitur, si que prefatos nobiles vel quemcu*m*que eorum incurrere contingeret in suis serviciis prenotatis. Debent eciam sepedicti nobiles locis et temporibus prelibatis apud nos Petrum archiepiscopum Maguntinum predictum stare et manere cum suo adiutorio memorato. Et super istis omnibus tenendis per sepedictum dominum ducem et inviolabiliter observandis nos Petrus archiepiscopus[2]) memoratus apud

1) die vorlage hat hier: »expedit qn«, mit der abkürzung für »us«. 2) hiernach hat die vorl. »I«.

ipsos nobiles nos debitorem facimus et statuimus principalem, quousque dictis nobilibus super huiusmodi ordinacione et tractatibus litteras obligacionis sepedicti ducis ante dictos terminos solucionis predicte pecunie procurabimus presentari. Quo facto a premissis omnibus et
5 singulis esse volumus liberi et soluti. In cuius rei[1]) testimonium presentes litteras predictis nobilibus sigilli nostri munimine tradimus communitas. Datum Aschaffenburg, anno domini MCCCXIIII., idus Octobris. Est eciam tractatum, quod habitis litteris prefati domini ducis predicti nobiles nobis teneantur ad rescriptum presencium litterarum. Datum
10 ut supra.

Falkensteiner kopialbuch zu Würzburg. Regest bei Sauer, Cod. Nass. I³ 91; auszug im Neuen Archiv XVI 630.

135. *König Johann von Böhmen verkündigt den reichsstädten in der Wetterau die wahl des herzogs Ludwig von Baiern zum rö-*
15 *mischen könige. Bei Frankfurt 1314 oktober 22.*

1314 okt. 22.

Johannes dei gracia Boemorum et Polonorum rex ac Lucemburgensis comes. Prudentibus viris . . scultetis, . . scabinis, . . consulibus et civibus in Frankenfurt, Fridberch, Wephlaria et Gaylnhusen, sincere sibi dilectis, regii favoris affectum benivolum et sincerum.
20 Cum dies certa precise et peremptorie fuisset apud Frankenfurt ad eligendum regem Romanorum assignata, convenientibus nobiscum et comparentibus et ad hoc congregatis venerabilibus patribus dominis Petro Moguntino et Baldwino Treverensi archiepiscopis necnon illustribus principibus dominis Woldemaro marchione Brandeburgensi
25 et Johanne seniore duce Saxonie, nostris coelectoribus, aliis minime comparentibus, interesse recusantibus nec pro se mittentibus, ex quo plenaria potestas nominandi et eligendi personam ydoneam in Romanorum regem penes nos presentes residebat, votibus absencium extinctis quoad eandem electionem ex tunc et penitus annullatis, in
30 illustrem principem dominum Ludowicum comitem palatinum Reni ducem Bawarie, virum utique providum et circumspectum, divina inspirante clemencia nostra vota direximus et ipsum in regem Romanorum concorditer duximus eligendum. Quocirca prudenciam vestram requirimus, hortamur et diligencia qua possumus et quantum in nobis
35 est consulendo demandantes, quatinus eidem domino Ludowico, tamquam in Romanorum regem rite et concorditer electo, obediatis fideliter ac eciam intendatis sibique vos promptos ad beneplacita quevis, tamquam vero vestro domino, exhibeatis et paratos, sic nostris monitis

1) »Rem̄« vorl.

et exhortationibus benivole annuentes, ut vestris honoribus, commodis et libertatibus ipse dominus rex et nos principes opportunis temporibus intendere merito delectemur. Datum in castris apud Frankenfurt, XI kal. Novembris, anno domini millesimo CCC.XIIII., regnorum vero nostrorum anno quarto. 5

Böhmers druck *»ex orig.«* (Cod. M. F. 408) ist hier wiederholt worden, da es nicht gelang, das original aufzufinden. Böhmer, Regesten könig Johanns 27. Das fast gleichlautende schreiben des erzbischofs Peter von Mainz siehe BR. Reichssachen 39.

1314 nov. 26.

136. *Testament Konrad Furhulzes von Windecken und seiner frau Gertrud. 1314 november 26.* 10

Conrad genannt Furhultze ritter von Wonnekkin und Gertrud dessen ehefrau übergeben durch eine schenkung unter lebenden dem ritter Gerlach Vogt von Treyse und dessen erben beiderlei geschlechts den hof in Wonneckin mit zwei hufen ackerlandes und drei morgen 15 wiesen, desgleichen den hof in Ostheym mit zwei theilen an allen ihren gütern daselbst, desgleichen zwei morgen wiesen gelegen an dem orte, welcher Steynhus heisst. Desgleichen übergeben sie für den fall ihres todes dem Appelo von Eychen und der Agnes dessen frau, so wie den kindern beider, wenn sie deren in ihrer ehe zeugen 20 sollten, oder falls deren keine folgen sollten den nächsten erben derselben, den dritten theil an den gütern in Ostheym. Desgleichen bestimmen sie 1 hufe in Wonneckin dazu, um aus ihr, wenn Appelo und Agnes vorgenannt kinderlos verstorben wären, den nonnen in Engiltal, Marienburnen und Padinshusin, jedem dieser klöster vier 25 octalia korn jährlichen zinses kraft testaments so lange zu entrichten, bis die leztgenanten eheleute jene klöster insgesammt oder einzeln mit 10 mark abgefunden haben, von deren einkünften sodann in diesen klöstern seelmessen für die donatoren zu halten sind. Desgleichen schenken sie ihrem sohne, welcher als mönch in Arnsberg lebt, zwei 30 mark einkünfte in Oberae und in Rommedeshusyn nebst zubehör und allen rechten, über die er nach dem tode seiner mutter Gertrud ganz soll verfügen können. Wenn aber dieser bruder C., der Gertrud sohn, vor seiner mutter versterben sollte, so soll 1 mark jener einkünfte dem kloster Arnsberg zur bestellung des seelgeräthes der Gertrud, die 35 andere mark aber nach der von ihrem sohne schon getroffenen bestimmung den drei nonnen zu Padinshusin Gertrud und Irmengart genannt von Wonneckin und Gisla von Babinhusin in solidum zum lebenslänglichen niessbrauche bestimmt seyn, nach aller dreier tode aber dem kloster Padynshusin zufallen. Auch will Gertrud die milde 40

spende, welche sie dem kloster Arnsberg legirt hat, ganz in kraft bestehen lassen. — Alle diese vorgenanten güter werden jedoch zugleich durch diese urkunde den donatoren zu meierrecht (iure colonario) zurückgegeben und sollen von ihnen bis zum tode des längst-
5 lebenden gegen eine jährliche recognition dieses neuen verhältnisses, nämlich gegen die abgabe von 1 ℔ wachs, in benutzung genommen werden können. Die schenknehmer (donatarii) haben sich aus mitleid bewogen gefunden, für den fall, dass die donatoren in noth und armuth gerathen sollten, einen angemessenen antheil zu deren lebens-
10 unterhalt beizutragen, widrigenfalls sich die donatoren das recht vorbehalten, mit vorwissen der donatare von jenen gütern verkaufen und verpfänden zu dürfen und alle schenknehmer, den sohn der Gertrud ausgenommen, gehalten sind, den dadurch entstehenden ausfall sich an der ihnen zugewiesenen quote abrechnen zu lassen. Dieselben
15 sollen auch, den sohn wieder ausgenommen, gehalten seyn, alle schulden der donatoren mit zuhülfenahme deren hinterlassener mobilien pro rata zu bezahlen, aber dazu die der pfarrei in Ostheim und der capelle Wonneckin zu armenspenden legirte hufe nicht heranziehen dürfen. (Das schöne siegel der stadt Windeck hängt an).
20 Anno 1314 in crastino beate Katherine virginis.

Aus dem inhaltsverzeichnisse zu Kindlingers handschriften, packet XXXVI. Marburg.

137. *König Ludwig IV nimmt Eberhard von Breuberg als dienstmann des reiches an und verpfändet ihm für vierhundert mark*
25 *das ungelt zu Gelnhausen. Mainz 1314 december 23.* — 1314 dec. 23.

Ludowicus dei gra*ti*a Romanorum rex semper augustus. Universis sacri Romani imperii fidelibus presentes li*tt*eras inspecturis, gra*ti*am suam et omne bonum. Grata et fructuosa obsequia, que nobilis vir Eberhardus de Bruberg nobis et imperio fecit et exhibuit hactenus et
30 promisit facere et exhibere fideliter in futurum, diligentius adtendentes ipsum in vasallum et hominem nostrum et imperii ligium libenter conquisivimus et duximus conquirendum. Dantes sibi propter hoc quadringentas marcas argenti puri ac pro eisdem ungeltum, quod in opido nostro Geylnhusen recipi nostro et imperii nomine consuevit, tenore
35 presencium titulo pignoris obligamus, tenendum, percipiendum et colligendum integraliter et pacifice per eum et heredes suos, donec pro eadem summa pecunie, perceptis medio tempore minime in sortem co*m*putandis, per nos vel nostros in imperio successores fuerit absolutum. Hoc adiecto, quod idem Eberhardus aut heredes eiusdem
40 habita summa pecunie prenotata de bonis suis propriis usque ad

valorem quadraginta marcarum argenti in redditibus annuis nobis et imperio libere resignabit seu resignabunt vel totidem reditus de novo cum dicta pecunia *com*parabit vel *com*parabunt. Quos idem Eberhardus et heredes sui predicti de corpore suo legitime descendentes a nobis et imperio tenebunt in feodum perpetuo et nobis et imperio facient servicia, que suis dominis vasalli singuli pro suis feodis facere consueverunt. Et quia prefatus Eberhardus pro feodo huiusmodi prestitit fidelitatis et homagii debitum sacramentum, ipsum de prefato feodo per baculum, quem manu gestamus, sollempniter ut moris est investivimus et presentibus investimus. Nulli ergo hominum omnino hanc nostre obligationis, feodi concessionis et ipsius investiture paginam infringere liceat vel ei[1]) ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram regiam se noverit incursurum. Dat*um* Moguncie, X°. kalend. Januarii, anno domini M°.CCC°. quartodecimo[2]), regni vero nostri anno primo.

Orig.-perg. Bruchstück des majestätsiegels an rothen und gelben seidenfäden. Wernigerode. BR 41.

1314. 138. *Verzeichniss einiger von dem Frankfurter bürger Giselbert von Frideberg für den altar s. Johannes und Jodocus in der Frankfurter Bartholomäuskirche erworbenen güter zu Preungesheim.* 1314.

Item hic signantur agri de integro manso proprietario sito in terris predicte ville, quem Giselbertus predictus pro Henrico predicto Koch cive Frankenfurdensi et filia sua Jutta begina supradicta in anno domini M.CCC.XIIII comparavit corpore vivo. In primo tercium dimidium quartale pratorum bi der bach an der weide; item unum iuger terre arabilis et VI virga (!) et XXX virge in longitudine et I in latitudine iuxta Northolcz; item iuxta anme Diebwege von Berkersheim zů Eshersheim I quartale et II iuger et due virge in longitudine et una in latitudine; iste ager protenditur ultra iam dictam viam . . . Item una pecia, que incipit in iam dicta via, que retinet duo iugera preter XV virgas in longitudine et I in latitudine; item an dem Morenbergere wege unum iuger et LXII virge in longitudine; item an deme Bonenmeser wege[3]), qua itur de Brungesheim in Bonemese, unum iuger et XXV virge in latitudine et una in longitudine; item an deme Morenberger wege III iuger et V virge in longitudine et una in latitudine; item una pecia iuxta Flozgraben, que habet V quartalia; item neben deme Morenberger wege uf unus ager, qui habet V quartalia cum I, XVII virgas in longitudine et unam in

1) »liceat vel ei« auf rasur. 2) »quarto« auf rasur. 3) »wese« vorl.

latitudine; item an deme Margburger phade XXV virgas in longitudine et II in latitudine; item obewendig des Margburgers phades II quartale. Notandum, quod isti agri iam scripti de manso predicto siti sunt infra Brûnegesheim et Bonemese et partim ex latere Brungesheim
Nos Sifridus dei gratia Curiensis ecclesie episcopus coram vobis reverendis viris iudicibus sancte Moguntine sedis recognoscimus et per 10 presentes publice profitemur, locum, quem pro cenobio sanctimonialium de novo ordinavimus et fundavimus in nostro patrimonio apud opidum Geylenhusen de consensu et auctoritate reverendi in Christo patris et domini Petri sancte Maguntine sedis archiepiscopi, esse oneratum et nos ipsum presentibus oneramus ad subpresentandum et presentandum cen- 15 sum annuum duarum librarum cere singulis annis in festo beati Martini hyemalis reverendis dominis decano et capitulo ecclesie Maguntine in honorem dicte ecclesie et prerogativam reverencie specialis et hunc censum perpetuis futuris temporibus exsolvendum ante consecracionem dicti loci duximus imponendum. In cuius rei testimonium et perpetui roboris 20 firmitatem sigillo nostro presentem litteram[1]) communivimus una cum sigillo dominorum iudicum predictorum. Nosque iudices sancte Maguntine sedis predicti sigillum nostrum ad rogatum prefati domini Sifridi episcopi apposuimus huic scripto. Actum et datum Maguntie, anno domini MCCCXVII., VIII. idus Julii.

25 Erwähnt: Joannis R. Mog. I 642; gedr.: Gudenus, Cod. Dipl. III 147; hiernach der druck.

176. *Wortwin Mör verkauft all sein gut zu Kinzheim an Heinrich von dem Wasen.* 1317? *august* 1? 1317? aug. 1?

Ich Wortwin Mör ein edelknecht bekenne offentlichen in diesem 30 brieff und tun kund allen den, die in lesen oder horen lesen, dasz ich mit[2]) berademe mude und mit einmudigem willen verkauffen und han verkaufft zu rechtem verkauff alles das gut, das ich han zu Kensheim in dem dorf und in der termenye do umme[3]), ersucht oder onersucht, dem strengen ritter hern Heinriche von dem Wasene und 35 seinen erben, ders ein ganerbe ist, das ich zu lehen habe von dem edlen hern und von dem geystlichen manne deme apt zu Lymburg, ersucht oder onersucht, ewicliche zu haben und zu besitzen, an alle

1) »litterarum« Gud. 2) fehlt in der vorl. 3) »Cōme« vorl.

wiederrede, hindersal und geverde eins iglichem. Her umme[1]) hat mir der[2]) strenge ritter her Heinrich vorgenant ein some gelts gegeben umb das vorgenant gut, der sume gelts sage ich in ledig, quiet und loesz, on alle ansprach[3]), wiederrede, hindersal und geverde. Desz zu urkunde und zu einer gantzen festen stetigkeit geb ich Wortwin Mör vorgenant diesen brieff besigelt mit meinem hangenden insiegele festiglich besiegelt. Datum anno domini dausent dreyhundert[4]), feria secunda ante Sixti.

Erhalten in einer abschrift von 1570 im Hanauer Neuen Saalbuche 4876. Die vorlage ist sehr schlecht geschrieben und die zweifellos zu verbessernden schreibfehler sind im texte ohne bemerkung geändert. Nach den fehlern zu urtheilen (z. b. *Cōmē* für *vme*) hat wohl eine abschrift des 15. jahrh. vorgelegen. Dann ist auch denkbar, dass *»pest«* in der abschrift aus *XVII* verlesen ist.

1317 aug. 14.

177. *Konrad und Arnold Schick überlassen dem kloster Neuenberg bei Fulda einen geldzins vom hofe in Somborn in tausch gegen einen andern vom hofe Trages.* **1317** *august* **14.**

Noverint universi presencium inspectores, quod nos Conradus necnon Arnoldus fratres dicti Schicke una cum voluntate et assensu omnium nostrorum coheredum redditus quindecim solidorum denariorum Wetreviensium nobis de curia in Sonborn singulis annis solvencium (!) cum omni iure, quo dictos redditus (!) fruebamur, honorabilibus viris preposito et conventui monasterii Novimontis prope Fuldam pro redditibus quatuor solidorum denariorum predictorum, quos de curia dicta Tragez tenuerant, cum omni suo iure, prout dicti domini habuerant, permutavimus rite, racionabiliter atque iuste. In cuius rei certitudinem et ad soliditatem firmiorem, ne a quoquam *im*posterum valeat alterari, presentes li*tt*eras tradidimus sigillorum strennuorum militum videlicet Theodrici de Bleichenbach necnon Hermanni dicti Schelriz una cum nostro munimine roboratas. Nos vero Theodricus et Hermannus prenotati, ut prescripta maneant firma recognoscimus ob peticiones predictorum fratrum nostra[5]) presentibus appendisse. Datum anno MCCC.XVII., XIX kal. Septembr*is*.

Kopialbuch des klosters Neuenberg bei Fulda. Marburg.

1317 aug. 14.

178. *Luther von Isenburg gibt als lehensherr seine einwilligung zu dem vorstehenden tauschvertrage.* **1317** *august* **14.**

Nos Lutherus[6]) dominus in Isenburg recognoscimus et ad universalem noticiam cupimus pervenire, quod cum strennuus miles Cunradus

1) »Cōmē« vorl. 2) »hatt mit« vorl. 3) »anspruch« vorl. 4) hiernach hat die vorlage »pest«. 5) zu ergänzen »sigilla«. 6) »Lutbere« vorl.

necnon Arnoldus frater eiusdem dicti Schicke nostri fideles una cum consensu et voluntate suorum coheredum honorabilibus viris preposito ac conventui monasterii sancti Andree Novimontis prope Fuldam redditus XV solidorum denariorum Wetreviensium, quos de eorum curia 5 in Sonneborn a nobis in feudum tenuerunt, pro redditibus quatuor solidorum denariorum predictorum, quos dicti domini de curia dicta Tragez singulis annis receperunt, rite et racionabiliter permutassent ac nos instanter petivissent, ut premissis[1]) benivolum preberemus assensum, nos cupientes peticiones nostrorum fidelium diligencius 10 exaudire permutacioni pretacte pium prebentes assensum dictos redditus apropriavimus et presentibus apropriamus preposito et conventui monasterii supradicti. In cuius rei certitudinem, ut cunctis temporibus maneat inconvulsa, presentes li*tt*eras tradidimus sigilli nostri munimine fideliter roboratas. Datum anno domini MCCCXVII., XIX. kal. 15 Septembr*is*.

Kopialbuch des klosters Neuenberg bei Fulda. Marburg.

179. *Das stiftskapitel von Aschaffenburg verpflichtet sich zur lieferung von zwei pfund wachs an das Mainzer domkapitel aus dank für die zustimmung zur einverleibung der pfarrei Somborn.* 20 1317 *september.*

1317 september.

Reverendis dominis suis domino . . decano totique capitulo ecclesie Moguntine . . decanus et capitulum ecclesie Aschaffenburgensis cum debita reverencia et honore devotissimum ad eorum beneplacita famulatum. Quia incorporacioni ecclesie parrochialis in Sůnnebůrn 25 per honorabilem virum dominum Syfridum de Solmeshe vestrum concanonicum et ecclesie nostre prepositum nobis facte vestrum graciosum curastis adhibere consensum, nos in recognicionem huiusmodi gracie, per vos favorabiliter nobis facte promittimus vobis solvere in festo sancti Martini hyemalis duas annis singulis libras cere, nos et nostram 30 ecclesiam ad hoc voluntarie presentibus li*tt*eris obligantes sigillo nostre ecclesie consignatis. Datum anno domini millesimo trecentesimo decimo septimo, mense Septembri.

Orig.-perg. Siegel fehlt. München, reichsarchiv, Mainzer domkapitel.

180. *König Ludwig erlaubt dem landvogt Eberhard von Breuberg,* 35 *seiner frau Mechtild von Waldeck auf genannten reichslehen tausend mark als witthum anzuweisen, das später auf die töchter übergehen solle. Aschaffenburg* 1317 *oktober* 15.

1317 okt. 15.

---

1) »premissum« vorl.

Nos Ludewicus dei gracia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum noticiam volumus pervenire, quod consideratis et inspectis multimodis fructuosis obsequiis, que nobilis vir Ebirhardus de Bruberg, advocatus noster provincialis per Wetrebiam, nobis et imperio diligenter impendit hactenus et impendere poterit in futurum, eiusdem votivis supplicacionibus propter hoc benignius annuentes consensum nostrum et assensum impertimur benivolum et expressum, quod idem Ebirhardus super bonis inferius annotatis, videlicet octava parte sylve Budingen, quarta parte iudicii in Budingen, duabus partibus iudicii ville Selbolt, iudicio ville Grindauwe et villarum attinencium, hereditario feodo castrensi in Geilnhusen, moneta ibidem, parte sua iudicii in Cupperen[1]), intersticio[2]) facto in Mogo prope Franckinfurt[3]), iudicio villarum Bergen et Rode[4]), aula regia in Franckinfurt[3]) et agris extra muros ibidem, qui dicuntur buhinden[5]), septuaginta octalibus avene forestarie, que singulis annis in villa dicta Langen ministrantur, censu trium marcarum cum dimidia super domibus sitis[6]) in platea Doleatorum in Franckinfurt[7]) villa Schelencruppe[8]) necnon vineis sitis[9]) in villa Hůrste, que quidem suprascripta bona a nobis et imperio, sicut asserit, tenet tytulo feodali, mille marcas argenti puri nobili mulieri Mechtildi de Waldecke uxori sue legittime nomine dotis deputari, donare valeat et eciam assignare; volentes, quod eadem dos super bonis predictis prefate Mechtildi per eundem Ebirhardum in nostre maiestatis presencia deputata, si ipsam Mechtildim decedere contingerit[10]), ad Elizabeth et Lukardim filias ipsius libere devolvatur. Et super hoc prefatas Mechtildim matrem necnon Elizabeth et Luckardim filias, recepto prius ab eis et earum singulis osculo, prout in talibus de iure et conswetudine fieri conswevit[11]), de dote et donacione huiusmodi[12]) investivimus[9]) et auctoritate presencium investimus. In cuius rei testimonium presentes literas conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Datum in Aschaffinburg, idus Octobris, anno domini M.CCC. septimo decimo, regni vero nostri anno tercio.

A abschrift des 15. jahrh., papier, in Wernigerode (B 15, 1. 14); B Königsteiner diplomatar I zu Rossla; eine abschrift des 16. jahrh. unter Hanauer Urkunden, Stadt Gelnhausen, eine vierte im Hanauer kopialbuche über Bergen f. 139. BR 278. Ausserdem gedruckt: Zuverlässige Ausführung derer von denen Unterthanen des ... Gerichts Gründau ... eingeklagten Beschwerden, beil. s. 15. (unvollst.), Unbefangene Darlegung des wahrhafften Bestandes, beil. s. 209. »Böhmer« bedeutet den druck Böhmers im Cod. M. F. 438.

1) Chůppern B. 2) instercio A. 3) Franckfurt B., »Frankinfurt« Böhmer. 4) Berge et Rod B und Böhmer. 5) »buhinde« Böhmer. 6) suis A. B., »sitis« Böhmer. 7) Franckfurt A. B. 8) Schellencrupp B, »Schelmcruppe« Böhmer. 9) suis B. 10) continget B. und Böhmer. 11) consueverit B. 12) huiuscemodi B.

181. *Derselbe erweist dem Arros von Breuberg die gnade, dass seine beiden töchter ihm in genannten reichslehen nachfolgen sollen. Gelnhausen 1317 oktober 22.* 1317 okt. 22.

Ludowicus dei gra*ti*a Romanorum rex semper augustus universis
5 presentes li*tt*eras inspecturis, gra*ti*am suam et omne bonum. Nostra gloriatur regalis sublimitas, quotiens nostrorum fidelium precibus annuimus et eisdem benivolentie nostre gra*ti*am impartimur. Igitur ad vestram noticiam deducimus, quod nobilis viri Arrosii de Brůberg fidelis nostri dilecti suis exigentibus meritis, et ut eo fortius idem et
10 heredes sui nostris et imperii servitiis astringantur, devotis supplicacionibus volentes benivolum exaudicionis ostium aperire hanc de liberalitatis nostre magnificentia gra*ti*am Chuntzinne et Mechthildi filiabus suis devotis nostris duximus faciendam, quod eedem puelle sibi in bonis infrascriptis, primo videlicet in sexta parte iurisdictionis ville
15 Grindowe, in parte silve dicte Bůdinger walt, in villa Bůdingen medietate omnium bonorum necnon in decem marcis argenti singulis annis de iure feodi castrensis in Franchenf*ůr*t, que sicut asserit tenet et possidet a nobis et imperio tytulo feodali, succedere possint et debeant tamquam heredes legitimi, lege vel constitucione qualibet in contrarium
20 edita non obstante. Nos etiam prefatas puellas ad tenendum et possidendum in feodum bona predicta, postquam ad eas devoluta fuerint, abiles, ydoneas et capaces fecimus et facimus, investientes ipsas presentialiter de eisdem. Sic tamen, quod nos et imperium pro feodo huiusmodi bonorum predictorum debitis et conswetis servitiis non
25 fraudemur; alioquin gra*ti*am dictis puellis factam invalidam fore decernimus et inanem. In cuius rei testimonium has li*tt*eras conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus conmuniri. Dat*um* in Geylnhausen, XI°. kalend. Novembr*is*, anno domini M° trecentesimo septimodecimo, regni vero nostri anno tertio.

30 Orig.-perg. Das majestätsiegel ist nur am rande etwas beschädigt, sonst gut erhalten. Wernigerode. BR 281.

182. *Ulrich II von Hanau und seine frau Agnes gewähren dem kloster Padershausen für seine güter in Dietzenbach und Ippenszishusen freiheit von abgaben und diensten. 1317 december 5.* 1317 dec. 5.

35 [N]os Ulricus dominus de Haynowe et Agnes conthoralis eius legittima recognoscimus universis presentium inspectoribus tam presentibus quam futuris, quod de salute nostra ac predecessorum nostrorum pie consideracionis studio sollicite cogitantes . . abbatisse et conventui cenobii sanctimonialium in Padenshusen, quas ob devota, que ab ipsis

altissimo die noctuque fiunt obsequia, specialis favoris benivolencia amplectimur, manu communicata et pari consensu hanc gratiam duximus faciendam, videlicet quod nos universa bona sua in villis Ditzenbach et Ippenszishusen ac terminis ibidem sita, agros arabiles, prata, vineas, domos,ortos et omnia ac singula alia quocumque nomine censeantur, que usque ad hec tempora in dictis villis et terminis earumdem possedisse noscuntur ac a temporibus quondam Reinhardi avi necnon Ulrici progenitoris nostri Ulrici predicti possederunt, ab omni exactionis, contribucionis ac aliorum serviciorum nobis vel nostris heredibus de predictis bonis debitorum de gracia speciali eximimus, volentes abbatissam et conventum predictas quoad huiusmodi servicia inantea ea gracia perfrui et gaudere, qua apud predictos nostros predecessores hactenus sunt gavise. Hoc sane adiecto, quod . . abbatissa, que pro tempore fuerit, in recompensam serviciorum nobis vel nostris heredibus racione dictorum bonorum debitorum annis singulis redditus trium librarum hallensium de bonis ipsius monasterii recipiendos dicto conventui (!), ita quod medietas in nostri Ulrici et alia medietas in nostri Agnetis coniugum predictorum anniversario, quandocumque evenerit, debeat perpetuis temporibus pro pitancia ministrari. Et ut dicta nostra concessio seu gracia, facta ut premittitur, perpetuo tempore permaneat inconcussa nec a quoquam heredum vel successorum nostrorum imposterum infringi valeat vel aliqualiter infirmari, presentem litteram ipsis dedimus nostrorum sigillorum appensionibus roboratam in testimonium premissorum. Datum anno domini M°CCC°XVII°., non. Decembris.

Orig.-perg. Das grüne reitersiegel Ulrichs (nr. 1 der siegeltafel) ist zur hälfte erhalten, das seiner frau (nr. 4 der siegeltafel) ist fast unbeschädigt. Hanauer Urkunden, kloster Padershausen.

1317 dec. 20.

183. *König Ludwig überweist den edlen Philipp d. ä. und Philipp d. j. von Falkenstein, Gottfried von Eppstein und Ulrich von Hanau die reichssteuer von Friedberg und Wetzlar, bis sie daraus ihre schuldforderungen an ihn gedeckt haben. Oppenheim* 1317 *december* 20.

Nos Ludowicus dei gracia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum noticiam volumus pervenire, quod quia nobiles viri Philippus senior et Philippus iunior de Valkenstein, Gotfridus de Eppenstein et Ulricus de Hanowe dilecti fideles nostri nobis et imperio utiliter hactenus servierunt et inantea servire promiserunt fideliter et constanter, eisdem propter hoc, ut commodius et promptius quecumque servitia nobis et imperio facienda valeant exhibere, steuram, quam

prudentes viri . . cives Fridebergenses et Wetflarienses nobis et camere nostre solvere tenentur, que ad octingentas marcas denariorum Wedrebiensium se extendit, in solucionem debitorum nostrorum, in quibus ipsis obligari dinoscimur, assignandam et deputandam duximus per
5 presentes. Sic, quod eandem steuram summe predicte singulis annis tamdiu colligere et percipere debeant, donec ipsis de debitis huiusmodi iuxta litterarum nostrarum tenorem, quas a nobis desuper obtinent, integraliter satisfactum extiterit, perceptis in sortem continue computandis. Damus igitur prefatis civibus firmiter in mandatis, quat*e*nus
10 eisdem nobilibus steuram suam predictam assignare liberaliter studeant nostro nomine, sicut superius est expressum. Dat*um* in Oppenheim, XIII°. kalend. Januarii, anno domini M°CCC°XVII°., regni vero nostri anno quarto.

Orig.-perg. Das majestätsiegel ist sehr beschädigt. Assenheim. Gedr.:
15 Neues Archiv XI 583. Im 16. bande des Neuen Archivs s. 625 gibt v. d. Ropp einen auszug aus einer anweisung des königs auf 1640 pfund heller für die gleichen empfänger (1320 mai 1). Diese summe sollte eigentlich von der reichssteuer jener zwei reichsstädte erhoben werden, doch wurde vom könige bestimmt, dass statt dessen ein rheinzoll dafür anzuweisen sei. Würzburg, Falkensteiner
20 kopialbuch.

184. *Ulrich II von Hanau und Agnes seine frau verkaufen ihr dorf Marköbel wiederkäuflich an Philipp d. ä. von Falkenstein.* 1317.

1317.

(I)n gotis namen, amen. Wir Ulrich herre zu Hanouwe und Agnes
25 sin eliche huszfrauwe bekennen in diesem brieffe und wollen, das kunt werde allen luden, die ien ansehent, die iczunt sin und hernach komen, das wir durch unse nucze und beczalunge unser schult mit rade unser frunde und diener dem edeln manne Philips von Falkenstein deme eldesten, herren zu Minzenberg, unserme lieben mage und
30 der edeln frauwen frouwen Mechtildi siner elichen huszfrauwen und iren kinderen, die sie mit einander[1]) gewinnen — geschee des nyt, danne des vorgenanten Philips erbin — das dorff Markebele mit luden, gulden, gerichten, welden, weiden, wisen, vischerien, wazsern und wassergangen und mit allem deme, das darczu gehort, mit nuczen
35 und rechten, damidde wir dasselbe dorff biisz her besezsen haben, han verkoufft und redelichen vorkouffen umb acht hundert phunt hellere guder und geber geczaltes geldes, das er uns gegeben und vergolden hat und wir ez in unse nucze gekart haben. Und das diese unser vorkouffunge redelichen gescheen hernach nicht werde zubrochen,

40 1) »eine andern« vorl.

so verczihen wir aller hulffe geistlichs und werntlichs rechten, domide unsere vorgenante vorkouffunge muchte werden gehindert. Doch seczen wir dit darczu, das die egenanten elichen lude von sunderlichem gunste han uns diese fruntschaff getan, das wir und unser erben, wanne wir mugen und wollen, das dorff Markkebele mit deme, das darczu gehort, als vorgeschriben ist, umme die vorgenante summen geldes frie macht sullen habin wider zu kouffen, als in iren brieffen, die sie uns darnber han gegeben, vollicher stet geschrieben. Und zu geczugnisse dieser dinge geben wir diesen brieff mit unsern ingesigeln besiegelt. Gegeben nach gotis geburte druczehenhundert iar in deme siebenczehenden iare.

Uebersetzung im Falkensteiner kopialbuche. Würzburg, kreisarchiv. Nach dem Königsteiner repertorium in Marburg (von etwa 1582) begann das original mit »In nomine domini«.

1317.

185. *König Ludwigs urkunde, wonach der burg Gelnhausen als einer reichsburg der achte theil des ganzen Büdinger waldes als ein reichsburglehen zugetheilt worden war.* 1317.

Angeführt in dem promemoria der burg Gelnhausen an die Hessen-Hanauische regierung vom 14. august 1765 in sachen burg Gelnhausen gegen Isenburg-Meerholz wegen der beholzigung im Büdinger walde. Marburg, Akten der Burg Gelnhausen. Es ist sehr zu bezweifeln, dass diese für die burg so wichtige urkunde wirklich vorhanden war, da die burg in diesem falle wohl eine abschrift beigefügt haben würde, auch in anderen schriften über den gebrauch des Büdinger waldes ein solches privileg nicht erwähnt wird; es hätte dann auch der 1346 der burg ertheilten gnade (vgl. nr. 709) nicht bedurft.

1318 jan. 1.

186. *Der Gelnhäuser bürger Heinrich Kancappe und seine frau verkaufen dem kloster Arnsburg einen zins von ihrem hause in Gelnhausen.* 1318 *januar* 1.

Ego Heynricus dictus Kancappe et Rylindis uxor mea legitima cives in Geylnhusen in presenti pagina publice profitemur et ad universorum tam presentium quam futurorum noticiam, qui presentes legerint, viderint vel audiverint, cupimus pervenire, quod propter evidentem nostram ut constat necessitatem matura deliberacione prehabita, communicata manu parique consensu ac de scitu et benivolo consensu nostrorum liberorum vendidimus iusto vendicionis titulo et in hiis scriptis rite et racionabiliter vendimus religiosis ac honestis viris domino . . abbati et conventui monasterii in Arnsburg ordinis Cysterciensis Moguntine dyocisis (!) super domum nostram, quam inhabitamus, reditum duarum marcarum denariorum legalium et dativorum singulis annis in festo beati Martini hyemalis percipiendum et perpetuo pro-

prietatis iure possidendum pro pecunie quadam summa ab eisdem recepta in usus nostros necessarios et conversa. In eiusdemque census possessionem tam iuris quam facti corporalem dictos . . abbatem et conventum mittimus per presentes, promittentes eciam huius contractus
5 ipsis plenam facere warandiam secundum istius terre consuetudinem debitam et vulgarem. Renunciamus nichilhominus in prehabito nostre vendicionis contractu nostro et heredum nostrorum nomine omni excepcioni pecunie non numerate, non solute, beneficio quoque restitucionis in integrum, excepcioni de dolo et actioni in factum necnon
10 generaliter omni auxilio et beneficio iuris canonici vel civilis, per que talis nostre vendicionis et ipsorum empcionis contractus posset forsitan calumpniari vel aliqualiter infirmari. Et ne predicti dominus . . abbas et conventus perpetuis temporibus in percepcione dicti census aliquod dispendium paciantur, ipsis vineam nostram in monte versus villam
15 Hetzis ducente sitam, que vulgariter der Fridac nuncupatur, ut ad eam respectum habeant et recursum, quam nullo modo vendere vel in alias personas transferre debemus, nisi alio suppignore eidem eque bono per nos substituto, ipsis exposuimus pro suppignore et presentibus obligamus. Dantes eisdem domino . . abbati et conventui predictis
20 presens scriptum sigillo universitatis in Geylnhusen maiore in testimonium premissorum roboratum. Et nos . . scultetus, . . scabini et . . consules in Geylnhusen, quia de premissis vendicione et empcione plene nobis constat, recognoscimus nos ad rogatum predictarum personarum sigillum maius nostre universitatis ex certa sciencia presentibus
25 appendisse in omnium testimonium evidens premissorum. Huius rei testes sunt: Wernherus Goltsaccus, Syfridus de Breydinbach, Wernherus et Eberhardus fratres nati domine Gůde quondam de Selbolt, Hartmannus de Breydinbach, Johannes dictus Goltsac et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo
30 decimo octavo, kalendis Januarii.

Orig.-perg. Das runde siegel ist fast unbeschädigt. In der etwa gleichzeitigen rückenaufschrift heisst der aussteller: *Kanzappe*. Lich, Arnsburger Urkunden. Ein kurzer auszug bei Baur, Arnsburger Urkundenbuch 323.

187. *Ulrich II von Hanau weist Eppechin von Dorfelden ein hanauisches burglehen an.* 1318 *januar* 14.

35 1318 jan. 14.

Wir Ůlrich herre zu Hanowe veriehen offenlich an disme brif und tůn kunt allen den, di in sehend oder horend lesen, daz wir hern Epikyn von Dorvelden han gewunnen zů eime erbeburgmanne ze Hanowe, in und alle sin erben, di von im komen, daz sune sind.
40 Und darumb geben wir im ze burglehen vier marg geldes; der ge-

vallen zwei phunt phenninge uf den rodern in der Hohenowe bi Dorvelden, und ein halbe hůbe in der Harde, di Hartman Bokke von uns hatte, und den zehenden uf drin hůben, di ŏch da ligend in der Harde, und zehen morgen wisen in der Hanowe, di da ligend unden an des wisen von Langten. Und lihen im daran allez daz reht, daz wir daran hatten, ersůhte und unersůhte, allez ze rehtem erbeburglehen und niht ze sitzen in diselben unser vesten Hanowe, ez si uns denne not. Des geben wir im disen brif besigelten mit unserm insigel. Der wart geben, do man zalt von Christes geburt dreuzehenhundert iar und darnach in dem ahtzehenden iare, an dem naehsten tage nach dem ahtzehenten tage.

Orig.-perg. Das reitersiegel (nr. 1 der siegeltafel) ist stark beschädigt. Hanauer Lehenurkunden, von Dorfelden.

1318 jan. 30.

188. *Markelo Mŏr verkauft dem Aschaffenburger stiftskapitel sein vogteirecht in Somborn.* 1318 *januar* 30.

Noverint universi, quos nosse fuerit oportunum, quod ego Markelo dictus Mŏr miles advocaciam meam in Sunneburnen et ius ipsius advocacie, quod michi competit et competere poterit in eadem, quam ab honorabili viro domino . . preposito ecclesie Aschaffinburgensis hucusque in feudo habui et possedi, de consensu et bona voluntate [1]) Cunradi filii mei militis et Kunegundis filie mee, relicte quondam Cunradi dicti Wyse militis vendidi et vendo per presentes honorabilibus viris . . decano et capitulo ecclesie Aschaffinburgensis predicte pro XVI libris hallensium legalium et bonorum tradite michi pecunie et solute, resignans ipsam advocaciam ad manus ipsius domini prepositi et renuncians simpliciter et precise in hiis scriptis omni iuri, quod michi competit in eadem, promittens quoque specialiter et expresse ad hoc tenere Kunegundim meam filiam supradictam, cui assignaveram advocaciam antedictam nomine dotis habendam, quod ipsa renunciabit omni iuri, quod habere videtur in eadem et quod iurabit tactis manu propria sacrosanctis sanctorum reliquiis dictam advocaciam nu*m*quam repetere nec per se vel per aliquem alium aut alios impedire dictos . . decanum et capitulum aliquo ingenio vel cautela, quominus ipsi valeant predictorum bonorum seu advocacie possessione gaudere pacifica et quieta. Et ut eos de predictis omnibus et de warandia debita et consweta certos faciam et securos, fideiussores eis posui subnotatos, videlicet Wortwinum filium quondam Heinrici sculteti, Cunradum filium patrui sui et Heinricum de Wasen in Babinhusen armigeros et quem-

1) fehlt im original und ist in der abschrift des kopialbuchs hinzugesetzt.

libet eorum in solidum, qui omnes, si in aliquo premissorum negligens fuero, intrabunt Aschaffinburg tamdiu more fideiussorio comesturi, donec omnia neglecta per me vel per heredes meos reformata fuerint modo debito et completa. In cuius rei testimonium presens scriptum
5 eis dedi strennui viri Friderici sculteti in Babinhusen militis et Cunradi fratris sui armigeri predicti sigillorum munimine roboratum, que et nos Fridericus et Cunradus predicti ad preces prefati Markelonis apposuimus huic scripto. Nos quoque fideiussores prescripti recognoscimus sub sigillis predictorum Friderici et Cunradi sic ut predicitur
10 nos esse fideiussorie obligatos et fideiussionis debitum, si necesse fuerit, fideliter adimplere. Testes huius facti sunt: Mengotus plebanus in Babinhusen, Cunradus dictus Draboto, Fridericus scultetus predictus, milites, Cunradus de Wasen clericus et plures alii fidedigni. Datum anno domini M°.CCC°.XVIII., III°. kal. Februarii.

15 Orig.-perg. Von den siegeln ist das erste schildförmig, nur zur hälfte erhalten, das zweite fehlt. Aschaffenburg, stiftsarchiv. Gedr.: Gudenus, Cod. Dipl. III 154.

189. *Ermengard, wittwe Heilmanns von Bommersheim, bezeugt, dass Ulrich II von Hanau güter in Ostheim zurückgekauft habe.* 1318 febr. 14.

20 1318 *februar* 14.

Ermengardis de Bomersheim[1]) relicta Heylmanni quondam burgravii in Starkenberc. Notum facio presentium inspectoribus universis, quod nobilis dominus dominus meus Olricus de Hannauwe bona in Ostheim sita mihi et H. quondam marito meo dilecto vendita seu obligata
25 reemit seu redemit. Et quia litteras super empcione vel obligacione predictorum bonorum confectas perdidi, in signum reempcionis seu redempcionis predictorum bonorum predicto domino meo Olrico presentes trado litteras sigilli mei una cum sigillis Wernheri awonculi mei burgravii in Fredeberc, Wolframi sororii mei dilecti vicedomini in
30 Aschafemberc et Hartmudi militis de Croninberc munimine roboratas. Datum anno domini M°.CCC°.XVIII°., XVI. kal. Marcii.

Orig.-perg. Von den runden siegeln zeigt I eine zwei schilde haltende frau (rechts die beiden curven der Bomersheimer, links zwei sich kreuzende stäbe mit haften an beiden enden), wenig beschädigt, II ein kleeblatt, (in der umschrift
35 ist nur noch der schlussbuchstabe des familiennamens erhalten, ein N oder H, wahrscheinlich Cleen), stark beschädigt, III ist etwas undeutlich und wenig be-

---

1) 1322 oktober 7 machten Konrad, Johann, Heilmann und Wolf, gebrüder, v. Bommersheim eine theilung und mutschierung alles ihres erbes und eigens zum Heyne und Lintheim und bestimmten, wie es mit den lehen zu Seligenstadt, Hütten-
40 gesäss, Selbold u. a. o. gehalten werden sollte. Orig.-perg. Hanauer Urkunden, v. Bommersheim.

schädigt; der siegelgrund, der schild und die beiden curven des wappens sind reich ornamentirt, unter der mitte des oberen schildrandes ein stern. Umschrift: + S'·WOL·······ITIS·DE·BOMIRSHEYM. IV, ziemlich gut erhalten, hat unter einer helmzier den Cronbergischen quadrirten schild, in platz zwei und drei: eisenhüte. Hanauer Urkunden, Ortsrepositur. 5

1318 febr. 26.

190. *König Ludwig befiehlt der stadt Wetzlar, den herren von Falkenstein, Eppstein und Hanau die angewiesene geldsumme auszuzahlen. Regensburg 1318 februar 26.*

Lud*ewi*cus dei gr*a*cia Romanorum rex semper augustus. Prudentibus viris . . sculteto, . . consulibus . . et universitati civium 10 Wetflariensium, fidelibus suis dilectis, gr*a*ciam suam et omne bonum. Fidelitatem vestram piis exhortacionibus requirimus et monemus, quat*e*nus nobilibus viris Philippo et Philippo de Valckenstein, Gotfrido de Eppenstein et Ulrico de Hanowe, fidelibus nostris dilectis, summam pecunie apud vos auctoritate regia deputatam expedite velitis solvere 15 et iuxta solite solucionis terminos ipsis coop*e*rabiliter satisfacere de eadem, pro certo scituri, quod per satisfaccionem seu solucionem prefatis nobilibus factam et exhibitam nobis et officiatis nostris quibuslibet satisfactam (!) publice profitemur. In cuius rei testimonium presentes li*tt*eras iussimus sigillo nostro communiri. Dat*um* Ratispone, 20 IIII°. kalend. Marcii, anno domini millesimo CCC^{mo}. XVIII°., regni vero nostri anno quarto.

Orig.-perg. Das königliche sekret (rothes wachs in gelber fassung) ist gut erhalten. Wetzlar, stadtarchiv. BR 301 ex orig.

1318 april 7.

191. *Der cantor des stiftes in Frankfurt verkündet den austrag* 25 *eines streites zwischen dem kloster Thron und Heilmann und Culmann von Ginheim über eine korngült. 1318 april 7.*

. . Cantor ecclesie Frankenfordensis iudex causarum monasterii de Trono a sede apostolica delegatus tenore presentium protestamur, quod cum . . abbatissa et conventus sanctimonialium monasterii de 30 Trono Cysterciens*is* ordinis contra Heilmannum et Cůlmannum filios domine . . dicte die Nicolaesen de Gynnenheim super quatuor octalibus siliginis annue pensionis mensure Frankenfordensis apud . . parentes dictorum Heilmanni et Cůlmanni comparatis de bonis eorum per ipsos relictis persolvendis moverint actionem dictisque partibus in nostra 35 presentia constitutis, mediantibus Gotzone de Esschirsheim, Alberto de Ovenbach et Dẏdone Landmůlnere, opidanis Frankenfordensibus, de scitu et voluntate ambarum partium ordinatio que sequitur intercesserit, videlicet quod predicti Heilmannus et Cůlmannus fratres vel eorum

heredes de bonis ipsorum prefatis . . abbatisse et . . conventui hoc anno de messibus nunc venturis quatuor octalia siliginis et extunc omni anno perpetuo tria octalia siliginis prefate mensure annis singulis solvent et administrent. Hoc tamen dictis Heil. et Cůl. salvo, quod 5 si hoc anno sive anno quocumque sequenti in futurum prefatam pensionem cum septem marcis denariorum Coloniensium bonorum redimere decreverint, ante nativitatem beate virginis Marie poterunt et debebunt; et ipso anno, quo hoc factum fuerit, et inantea ab ipsa pensione dicti Heilmannus et Cůlmannus et eorum heredes sunt et erunt perpetuo 10 absoluti, contradictione qualibet non obstante. In testimonium premissorum nos . . cantor iudex predictus ad rogatum partium prefatorum sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Actum anno domini M°.CCC°XVIII., VII°. idus Aprilis.

Orig.-perg. Das kleine spitzovale siegel ist ziemlich gut erhalten. Wies- 15 baden, staatsarchiv, Kloster Thron.

192. *Hermann von Selbold, der als Ronneburger burgmann vierzig mark erhalten hatte, trägt dafür die hälfte seines hofes in Langenselbold dem erzbischofe Peter von Mainz zu lehen auf.* 1318 *april* 12. — 1318 april 12.

Ego Hermannus de Selbolt miles tenore presencium recognosco, 20 quod reverendus in Christo pater ac dominus dominus P*etrus* archiepiscopus Magunt*inus* in castrensem sibi et sue ecclesie Magunt*ine* ad castrum suum Roneburg me acquirens pro feodo castrensi quadraginta marcas denariorum Coloniensium, pro quolibet denario tribus hallensibus computatis, michi dedit, numeravit pariter ac persolvit, pro 25 quibus de consensu filiorum meorum, videlicet Arnoldi et Conradi puerorum prime uxoris mee necnon Ludowici et Dithardi filiorum meorum de secunda uxore, si Arnoldus ac Conradus germani sine heredibus discesserint, bona mea propria libera et soluta, scilicet medietatem curtis mee in Selbolt dicte der alde hoff cum agris et 30 pratis et suis pertinenciis quibuscumque et specialiter pomerium ex opposito eiusdem curtis situm solvens michi decem solidos denariorum levium annuatim, inclusis anseribus atque pullis ad manus ipsius domini archiepiscopi Magunt*ini* simpliciter resignavi et resigno li*tt*eras per presentes et recepi eadem bona pro castrensi feodo ab eodem 35 hereditarie possidenda, promittens nichilominus in hiis scriptis pro me et meis heredibus dictum feodum sive bona in castro Roneburg, prout est solitum et conswetum, a festo Martini usque ad kathedram sancti Petri eciam per residenciam personalem et quando opus vel necesse fuerit, si requisitus fuero, fideliter deservire. In cuius rei

testimonium sigillum meum proprium duxi presentibus appendendům. Datum anno domini millesimo CCCXVIII., pridie idus Aprilis.

Liber Registri litt. eccl. Mogunt. V f. 152b. Würzburg, kreisarchiv.

1318 mai 3.

193. *Die stadt Gelnhausen bezeugt, dass Gertrud Buchseck dem kloster Marienborn gegen eine rente haus und hof in Gelnhausen vermacht habe.* 1318 *mai* 3.

Actiones, que fiunt in tempore, oblivionem temporis consecuntur, si non literarum testimonio perhennantur[1]). Nos scultetus, scabini, consules ac universitas civium in Gelnhusen[2]) notum esse volumus universis has literas visuris et similiter audituris, quod Gertrudis dicta Buchesecken beckina, nostra concivis, saluti anime sue salubriter cupiens providere religiosis dominabus domine abbatisse et conventui ecclesie Fontis sancte Marie ordinis Cisterciensis Moguntine diocesis contulit atque donavit donatione facta inter vivos pure propter deum nomine elemosine domum suam et curiam in Gelnhusen[2]) cum universis suis possessionibus iure proprietatis perpetuo pacifice possidenda. Ita sane, quod predicte religiose eidem Gertrudi ad suam dederunt sustentacionem viginti et quatuor libras hallensium in presenti et annis singulis ad vite sue tempora sibi dare tenebuntur octo maldra[3]) siliginis[4]) et duo maltra tritici antedicti opidi mensure, omni postposita excusatione[5]) seu grandinis sive exercitus in eandem civitatem presentanda suis laboribus et expensis infra assumptionem videlicet et nativitatem gloriose virginis Marie duo festa. Quod si prefate religiose in hac pensionis presentacione dictis temporibus neglientes invente fuerint aut remisse et si predicta Gertrudis semel, secundo aut tercio requisierit[6]) et tunc sibi adhuc presentare obmiserint, tunc ipsa domus et curia ac omnis possessio in suum dominium ac liberum arbitrium ad vendendum vel quidquid sue insederit voluntati faciendum libere revertetur. Post obitum vero predicte Gertrudis antedicte pensionis duo maltra[7]) siliginis[4]) Irmingardi beckine famule sue, si tamen ipsam supervixerit, temporibus vite sue porrigentur. Cetera vero pensio prenotatis religiosis cedet et post obitum prefate Irmengardis totalis pensio libere devolvetur in prelibate Gertrudis anime remedium et salutem. Hoc nichilominus adiecto, quod prefata Gertrudis memoratam domum et curiam inhabitet, quoad vixerit, fructus suos in granarium et vinum suum, quantum ad suam pertinet personam, et omnia sibi necessaria[8]) ibidem reponenda, cum orto et arboribus, quam ad manus suas, quamdiu

Abweichungen der vorlage: 1) perhennentur. 2) Gelnnhaussenn. 3) maldera. 4) siligenis. 5) occasione. 6) requesierit. 7) maltera. 8) necessitaria.

vixerit, habebit; et quidquid super hoc prefate religiose sue utilitati facere potuerint, liberam habebunt facultatem. Nullum etiam omnino[1]) colonum vel aliam personam aliqua de causa in eandem domum vel curiam locabunt temporibus vite predicte Gertrudis. Hoc excepto, quod, 5 quando vagaciones exercituum[2]) supervenirent, per quas memorate religiose quod absit monasterium exire compellerentur, tunc in ipsa domo cum predicta Gertrudi[3]), quamdiu hoc duraverit, poterunt commanere. Resignavit quoque[4]) prelibatam domum et curiam et omnem possessionem antedictam in manus earundem religiosarum secundum consuetudinem 10 terre generalem et renuntiavit omni excepcioni iuris[5]) canonici seu civilis et omnibus exceptionibus, quibus tenor huius instrumenti posset inposterum aliquatenus annullari[6]). In cuius donationis, resignationis et renuntiationis evidens testimonium sigillum universitatis civium predictorum in Gelnhusen[7]) ad memoriam firmiorem presentibus est 15 appensum. Nos quoque scultetus, scabini, consules et universitas civium predictorum recognoscimus, quod ad rogatum sepefatarum religiosarum ac Gertrudis prenotate nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. Testes huius rei sunt: dominus Sifridus episcopus Curiensis, Sifridus de Breidenpach, Wernherus cognomento vern Guden 20 et Eberhardus fratres, scabini, Hartmudus de Karlenstat, Hermannus dictus Schele, Hartmannus de Breidenpach, Gerhardus dictus Urleuge, frater Ludowicus dictus de Hohenberg monachus de Hehene, frater Siboldus et frater Mathias monachi de Arnsburg[8]) et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno domini M.III^cXVIII., in inventione 25 sancte crucis.

Marienborner kopialbuch. Büdingen.

194. *Ulrich II von Hanau bestätigt den bürgern von Wetzlar den empfang von hundert mark, die sie ihm im auftrage des königs Ludwiggezahlt hatten.* 1318 *mai* 7?

1318 mai 7?

30 Nos Ulricus dominus in Hanowe viros discretos . . oppidanos Wetflarienses de centum marcis denariorum Coloniensium nobis traditis et solutis, quas nobis ex parte serenissimi domini nostri domini Lud*ow*ici regis Romanorum in festo beati Martini nunc proxime elapso solvisse debuissent, pronunciamus quitos et solutos, promittentes dictos 35 opidanos ab omni impeticione et dampno ipsis occasione huiusmodi pecunie per prefatum dominum nostrum regem ingruente conservare liberos et indempnes. Et damus has li*tt*eras predictis oppidanis nostri

1) onnino. 2) excertituum. 3) Gertrudis. 4) quod. 5) omni iuri. 6) annulari. 7) Gelnnhausssenn. 8) Arnnszburgk.

sigilli appensione *com*munitas in testimonium super eo. Anno domini M°CCC°XVIII°., VII°. nonas Maii.

Orig.-perg. Das grüne reitersiegel (nr. 1 der siegeltafel) ist beschädigt, aber gut ausgeprägt. Wetzlar, stadtarchiv.

1318 sept. 22.

195. *König Ludwig belehnt Rudolfen von Praunheim mit den reichslehen seines vaters Heinrich. Frankfurt* 1318 *september* 22.

Ludowicus dei gracia Romanorum rex semper augustus. Universis presentes litteras inspecturis, graciam suam et omne bonum. Supplicavit serenitati regie strennuus vir Rudolfus miles de Průnheim suppliciter et devote, qua*te*nus ipsum de feodis, que quondam Heinricus pater suus ab imperio tenuit, dignaremur auctoritate regia infeudare. Nos vero peticionem ipsius honestam et racionabilem recensentes ipsum Rudolfum de omnibus et singulis feodis, que prefatus Heinricus quondam ab imperio de iure tenuit et tenere debuit, ex innata nobis clementia et ut peramplius et efficacius se nostris et imperii astringat obsequiis, auctoritate regia infeudamus sibique ac heredibus suis ea conferimus, tenenda ea pacifice et feodali titulo possidenda. In cuius rei testimonium has conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus *com*muniri. Dat*um* in Frankenfůrt, X°. kalend. Octobris, anno domini M°.CCC°. decimo octavo, regni vero nostri anno quarto.

Orig.-perg. Das majestätsiegel ist stark beschädigt. Stuttgart, staatsarchiv. BR 2950 aus dem kopialbuche des deutschen ordens in Stuttgart.

1318 sept. 27.

196. *König Ludwig schenkt der kirche s. Maria und Georg in Frankfurt das patronatsrecht der kirche in Praunheim und willigt in die einverleibung der kirche, behält sich aber das recht der präsentation zu einer pfründe vor. Frankfurt* 1318 *september* 27.

Ludowicus dei gr*a*cia Romanorum rex semper augustus. Universis presentes litteras visuris vel audituris presentibus et futuris, gr*a*ciam suam et omne bonum. Regie liberalitatis munificentia, cui largicionis inmensitas est mensura, tunc vere largitatis opus ostendit, cum ad honorem et cultum eius quid largitur, qui dives in omnes bonorum omnium habundantissimus est largitor. Eapropter exemplis dive recordacionis imperatorum et regum Romanorum predecessorum nostrorum edocti et legibus piissimis, que ecclesiis dei fundandis et fovendis favorem concedunt precipuum, informati ecclesie nove sub patrocinio sancte Marie et beati Georii martyris in opido nostro regali Frankenfůrt[1]) Mogunt*ine* dyocesis erecte noviter et constructe ad ipsius gloriose virginis et dicti martyris gloriam et honorem nostreque et ipsorum

1) Franchenfůrt.

predecessorum nostrorum salutis meritum augmentandum[1]) iuspatronatus ecclesie parrochialis in Prûmheim dicte Mogunt*ine* dyocesis et annexarum sibi filiarum, quod ex antiquo nobis et sacro imperio pertinebat, donavimus, tradidimus et presentibus tradimus et donamus et in ipsam ecclesiam sanctorum Marie et Georii martyris transferimus pleno iure. Volentes, quantum in nobis est, predictam parrochialem ecclesiam in Prûmheim cum annexis filiabus *et omnibus redditibus*, iuribus et pertinentiis suis predicte ecclesie incorporari et canonicis eiusdem collegii ad commodiorem sustentacionem suam fructus ipsius integraliter applicari. Ut vero incorporatio huiusmodi auctoritate eorum, quorum interest, facta fuerit cum effectu, extunc nobis et successoribus nostris in imperio perpetuo ius competet presentandi unum sacerdotem ydoneum aut alium, qui infra annum in sacerdotem valeat promoveri, ad canoniam et prebendam in ipsa ecclesia collegiata predicta. Qui libere recipietur inibi cum plenitudine iuris canonici in stallo, chòro et capitulo ac singulis aliis, que ceteris canonicis conceduntur. In cuius rei testimonium *et roboris firmitatem* has literas conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum in Frankenfûrt[2]) opido nostro regali, quinto kalen. Octobris[3]), anno domini millesimo trecentesimo decimo octavo, regni vero nostri anno quarto.

Zwei orig.-perg. Die gut erhaltenen majestätsiegel hängen bei A an rothen, bei B an rothen und gelben seidenfäden. Frankfurt, stadtarchiv, Leonhardstift 110 (A) und 109 (B). BR 324.

197. *Symon, dompfründener zu Worms, verzichtet auf die pfarrei Somborn.* 1318 *september* 30.

1318 sept. 30.

Noverint inspectores presencium universi, quod ego Symon preben*darius* ecclesie Wormaciensis et quondam pastor ecclesie ville Sunneburne Mogunt*ine* dyocesis dictam pastoriam et omne ius mihi in ipsa competens resignavi et in manus . . prepositi Asschefenburgensis, in cuius prepositura ipsa ecclesia sita existit, necnon in manus omnium, quorum interest et quibus ipsa resignacio fieri debet, resigno presentibus penitus et in totum omni eo modo et iure, quibus ipsa resignacio de iure melius valere poterit, potest et debebit. Dans presentem litteram sigillo meo sub anno domini M°.CCC°.XVIII°., crastino beati Michahelis archangeli, sigillatam in testimonium super eo.

Orig.-perg. Das kleine runde grüne siegel ist nur zur hälfte erhalten. Aschaffenburg, stiftsarchiv. Gedr.: Gudenus, Cod. Dipl. II 321.

---

1) B fügt hinzu: *»necnon devotis ac iustis supplicacionibus venerabilis Petri archiepiscopi Moguntini principis et secretarii nostri carissimi generosius et favorabiliter inclinati«.* 2) Septembris B. 3) Franchenfûrt. — Die zwischen sternchen stehenden worte fehlen in B.

1318 nov. 14.

198. *König Ludwig erlässt den vier wetterauischen reichsstädten die reichssteuer von sechzehnhundert mark, die Martini fällig gewesen war. Frankfurt 1318 november 14.*

Nos Ludowicus dei gracia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum noticiam volumus pervenire, quod considerantes interne mentis nostre oculis obsequia gratuita, fidelia et fructuosa, nobis et imperio per prudentes viros cives ac opidanos opidorum Frankenfûrt, Wetflar, Frideberg et Geilenhausen, fideles nostros dilectos, exhibita et que inantea exhibere poterunt gratiora, consideravimus etiam expensas graves in obsequiis nostris per ipsos habitas nec non discrimina, quibus personas proprias exponebant, steuram consuetam per singula opida persolvendam, videlicet mille sexcentarum marcarum, quas in festo sancti Martini nunc preterito nobis imperii nomine debuerant exolvisse iuxta consuetudinem retroactis temporibus observatam, in toto remittimus et omnimodis relaxamus, reddentes predictos opidanos de pretacta summa steure ex nunc quitos, liberos et solutos, dantes eis has litteras in testimonium super eo. Datum in Frankenfûrt opido nostro regali, XVIII. kal. Decembr*is*, anno domini M°.CCC°.XVIII°., regni vero nostri anno quarto.

Orig.-perg. Das majestätsiegel ist sehr gut erhalten. Frankfurt, stadtarchiv, Privilegien D 91. BR 339.

1318 nov. 25.

199. *Derselbe erlaubt der stadt Gelnhausen, einen zoll von ausgeführten früchten zu erheben. Frankfurt 1318 november 25.*

Wir Ludewig von gots gnadin romscher künig zu allen ziten merer des richs enbieten den wisen luten den scheffen, dem rate unde den burgern gemeynlich zû Geilnhusen, unsern liebin getrûwen, unser gnade unde allis gût. Umbe die danckebern unde frûchtbern dinste, die sie uns unde dem riche mit bereytem mûde getan habin unde noch steteklich tun werdint in kunfftigen ziten, han wir in die gnade getan unde erleubin in in diesem briefe durch irre fleheliche bede willen, das sie von eym icklichen achteil frûchte, ez sie weisze, korn odir welchirley frûchte iz sie, nach dem marczal, das von in uz irre stat zû andern steten od*er* zû müln gefurt wirt, eyn kolschen penning odir dry heller davon heischen unde nemen soln; unde das geilt, daz sie davon offheben und samen, das soln sie in gemeyn nûcz unde notdorfft irre stede wenden unde keren. Also[1]) waz fruchte von geistlicher unde von edeler lute wegin uz der stat Geilnhusen

1) Die nächsten worte bis »*gemuln wirt das si du*« sind ausgestrichen.

gefurt unde gemaln wirt, das sï davon nicht heischen oder gegulden werde. Der gegebin ist zü Franckeford, an der sibenden kalenden des mandis Decembris, da man czalte von Crists geburte drüczehen hündert iar darnach in dem achczehendin iare unde in dem funften 5 unsers richis.

Darnach folgt im kopialbuche: *»und ist der besigelte briff latin«*; die abschrift ist durchstrichen.

Kopialbuch des herrn konsuls Becker zu Gelnhausen.

200. *Johann von Cronberg belehnt Gotzen von Orb mit dem zehnten vom Neuenberg bei Gelnhausen.* 1319 *februar* 4. — 1319 febr. 4.

Ego Johannes de Cronenberg miles necnon mei coheredes et ad feodalia iura concedenda consortes tam presentibus quam futuris presens scriptum intuentibus cupimus fore notum, quod decimam Novi montis iuxta leprosos sitam extra muros Geilnhusenses iure feodali Goczoni 5 dicto de Orba ac suis heredibus tam filiis quam filiabus perpetuo ac liberaliter concedimus possidendam ex indulto ac mutuo consensu duorum fratrum suorum Ludowici[1]) videlicet et Gerlaci, qui in hoc coram nobis fideliter consenserunt. Hoc tamen adiecto, quod si predicti fratres dicti Goczonis Ludowicus et Gerlacus heredes genuerint, 10 eodem iure quo et prius heredes sepe dictorum cum heredibus Goczonis prelibati, cuius ad hoc consensus adest, decimam memoratam a nobis perpetuo possidebunt. In cuius rei testimonium et concessionis indicium ego Johannes predictus sigillum meum duxi presentibus apponendum[2]). Datum anno domini MCCCXIX, in dominica post purificacionem beate 15 virginis gloriose.

Bünauisches kopialbuch. Darmstadt.

201. *Friedrich Dugel von Carben bekennt, dass abt Heinrich von Fulda die brüder Konrad und Johann mit seinen bisherigen lehen zu Bergen belehnt habe.* 1319 *april* 10. — 1319 april 10.

30 Noverint universi, ad quos presentes li*tt*ere pervenerint, a reverendo in Christo patre ac domino Heinrico dei gra*c*ia abbate Foldensi.. Conradum et Johannem fratres cum quadam curia in Bergen et tribus mansis in territorio eiusdem ville iusto vigore infeodatos. Quibus et ego Fridericus miles dictus Dugil de Carbin predicta feoda, 35 que de abbacia Foldensi hactinus optinui et quiete possedi, resigno

---

1) Die frauen von Gottfried und Ludwig werden in einer urkunde vom 15. april d. j. Jutta und Irmengard genannt. Wyss, Hess. Urkundenbuch II 267. 2) »appendendum« vorl.

sana mente per presentes. Cuius rei presens scriptum munimine mei sigilli duxi roborandum. Datum anno domini M°.CCC°.XIX., feria tercia post festum pascale.

Orig.-perg. Das schildförmige siegel ist stark beschädigt; im schildeshaupte ein balken, darunter drei garben 2 : 1. Marburg, Fuldische Lehenurkunden.

1319 mai 22.

202. *Abt Johann von Arnsburg, die äbtissin Bertrad und Ulrich II von Hanau setzen die zahl der nonnen des klosters Padershausen auf zweiundfünfzig fest.* 1319 *mai* 22.

Nos frater Johannes dictus abbas monasterii in Arnsburg, visitator ac pater, Bertradis abbatissa et Ulricus dominus in Hanouwe fundator cenobii sanctimonialium in Padinshusin omnibus presens scriptum intuentibus cupimus fore notum, quod pensionibus et redditibus eiusdem monasterii in Padinshusin equa lance consideratis et pensatis, qui ad sustentacionem personarum predicti monasterii sufficerent, ita quod sine penuria possent commode sustentari, quia invenimus, quod ad sustentacionem solummodo quinquaginta duarum monialium sufficiunt facultates monasterii memorati, idcirco eundem numerum approbamus et ratificamus, volentes et in virtute sancte obediencie precipientes, ut secundum tenorem statuti apostolici, cui non possumus contraire, predictus numerus in recepcionibus personarum inviolabiliter observetur, nisi deo auspice manifeste et notorie facultates ecclesie tantum excreverint, quod per nos omnes predictos concorditer aliquid aliud ordinetur. In confirmacionem quoque prefati numeri et statuti presentem li*tt*eram conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari, salvo in omnibus iuramento, quod de eodem numero conventus eiusdem loci dicitur edidisse. Actum et datum anno domini millesimo CCC°XIX°., feria tercia infra octavam ascensionis domini.

Orig.-perg. Von den drei grünen siegeln ist das mittlere, das der äbtissin, zu zwei dritteln erhalten, die beiden andern grösstentheils zerstört; die beiden ersten sind spitzoval, das Ulrichs (nr. 1 der siegeltafel) rund. Hanauer Urkunden, Kloster Padershausen.

1319 juni 29.

203. *Die Johanniter von Rüdigheim bekennen, vom kloster Ilbenstadt einen acker in Baiersrode zu landsiedelleihe erhalten zu haben.* 1319 *juni* 29.

Wir brůder Helphrich commendůr zů Růdinkeim, der da heldit stat des meisters des spitalis von sante Johannese zů Wedereůbe, und die gemeinen brůdere des coventes zů Růdinkeim begeihen an dieseme brive, daz wir han inpangin einen acher, der da heizet Ůzlende, der

da horte zû eimale zûme Rade, von deme prostete und von deme convente von Elwinstat[1] nach lantsideleme rehte zû besizzene, alle iar umme ein maldir weizes und ein maldir kornes Frideberger mazes, ein alle iar zû entwerten in ir closter zû Elwinstat. Wann aber ein commendûr und die brûdere des nit endeden, so mogent sie irren acher anne grifen da na des landis gewonheit, ane alle widersprache. Daz dith stede und feste sie und blibe stede, so han wir brûder Helphrich commendûre des vorgenanten hûses und der coventen geimeine diesen brief besigelet mit unserme ingesigele und des coventes ingesigele. Dirre brief wart gegeben, da man zalte dûsint iar drûhûndirt iar nûzehen iar von uns herren gebûrte, an deme dage Petri et Pauli.

Rückseite: »*Rüdigheim, ein leyhbrief*« (17. jahrh.)

Orig.-perg. Das erste siegel zeigt das wappen der von Rüdigheim, rund, etwas beschädigt; das zweite ist ein bruchstück des auf der siegeltafel band I nr. 9 abgebildeten siegels. Ilbenstadt.

204. *Das kloster Schlüchtern nimmt das kloster Arnsburg in geistliche brüderschaft auf.* 1319 *august* 1. 1319 aug. 1.

In nomine domini, amen. Nos Hartmannus dei gr*a*cia abbas totusque conventus monasterii Solitariensis ordinis sancti Benedicti Herbipolensis dyocesis, omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Cupimus fore notum, quod nos ob favorem singularem, quem ad religiosos viros . . abbatem et conventum monasterii in Arnsburg Cysterciens*is* ordinis Mogunt*ine* dyocesis exemplaris vite spargentis aromata in visceribus caritatis gerimus, ipsos in plenam participacionem et fraternitatem omnium missarum, ieiuniorum, oracionum et aliorum exerciciorum spiritualium, que per fratres nostri monasterii fient in perpetuum, recepimus, volentes, cum obitus alicuius ipsorum nobis intimatus fuerit, pro ipso facere, quod pro fratribus nostris decedentibus fieri est consuetum. In vita quoque ipsorum per nos transeuntes ipsis hospicium nostri monasterii liberaliter aperiemus cum victu prebende nostre quo possumus humanius procurandis. In cuius fraternitatis memoriam sigilla nostra appendimus huic scripto. Datum anno domini millesimo CCC°.XIX°., in festo ad vincula sancti Petri apostoli.

Orig.-perg. Das spitzovale siegel des abtes ist gut erhalten, das runde des kapitels beschädigt. Lich, Arnsburger Urkunden. Erwähnt bei Baur, Arnsburger Urkundenbuch 333. Die gegenerklärung des klosters Arnsburg ist auch im orig.-perg. (ohne siegel) erhalten. Hanauer Urkunden, Kloster Schlüchtern. Verzeichnet: Zeitschrift für hessische Geschichte, Neue Folge VII 42.

1) ein repertorium des klosters von 1539 (zu Ilbenstadt) erwähnt eine urkunde aus dem jahre 1327 »super 4 iugeribus pratorum in Erbstadt«.

1319.

205. *Kloster Himmelau gelobt, das jahrgedächtniss Philipps d. ä. von Falkenstein zu begehen. Himmelau* 1319.

(W)ir Hedewig eptisse und der convent des closters zu Hymelaue uszwendig der muren zu Geilenhusen sancte Benedictus ordens in Menczer bischdome gelegen bekennen und veriehen uffinliche in disem brieffe und geloben in lutern truwen, daz wir wellen begen die iargezide des edeln mannes hern Phil*ippes* von Falck*enstein* des eldisten mit vigilien und selemessen und wollen oppern unser innige gebet unserme herren got vor des vorgenanten hern Phil*ippes* sele, daz die gnade unszers herren Jhesu Cristi ien wirdig mache zu besiczene daz ewige leben mit den heilgen und mit den, die gode behagen. Und derselbe her Philips hat unserme convente in sime iargezide gegebin eyn punt heller oder also vil kornis ierlicher ewiger gulde durch syner selen heil. Gegebin zu Hymelawe, nach god*es* geburte druzehenhundert iar in deme nunczehende iare.

Falkensteiner kopialbuch. Würzburg, kreisarchiv.

1320 märz 10.

206. *Philipp d. j. von Falkenstein gibt eine hube zu Ginheim, die der bisherige lehenträger Konrad von Muschenheim an Frankfurter bürger verkauft hatte, den käufern zu eigen.* 1320 *märz* 10.

Nos Philippus de Valkenstein iunior et dominus in Mynzenberg strennui militis Conradi de Moschinheim, nostri castrensis dilecti, devotis precibus favorabiliter annuentes mansum unum cum suis attinenciis in terminis ville Ginnenheim situm a nobis dependentem tytulo feodali, quem dictus Conradus prudentibus viris Wygeloni dicto[1]) de Wanebach, Katherine uxori sue legitime, Wigeloni dicto ad Ranam[2]) ipsorum genero et Gyzele uxori sue legitime civibus Frankenvordensibus eorumque heredibus iusto vendicionis tytulo vendidit rite et provide pleno iure, eisdem iam dictis omnibus et singulis in perpetuum appropriamus et damus eternaliter proprietatis nomine possidendum, harum testimonio litterarum sigilli nostri robore signatarum. Datum anno domini M°.C°C°C°. vicesimo, sexto ydus Marcii.

Orig.-perg. Das reitersiegel ist nur zur hälfte erhalten. Frankfurt, stadtarchiv, Liebfrauenstift nr. 1259.

---

1) »dicti« orig. 2) diese drei, welche 1310 die kapelle auf dem Rossebühl (seit 1325 das Liebfrauenstift) zu Frankfurt gestiftet hatten, vermehrten auch weiter die einkünfte dieser kirche. Wigle Frosch vermachte ihr am 29. juli 1323 eine hube zu Eschersheim, Böhmer, Cod. M. F. 470, Katharina bestimmte dem stifte in ihrem testamente vom 27. september 1333 fünf morgen wiesen in Bockenheim und sechs huben und sechs morgen landes, zehn morgen wiesen und fünfthalben morgen weingarten in Hochstadt. Orig.-perg. aus drei stücken zusammengeheftet, jedes mit notariatsignet und zwei siegeln (Kathrinen und des stiftsdechantes) Frankfurt, stadtarchiv, Liebfrauenstift.

207. *Die stadt Gelnhausen bezeugt, dass bischof Siegfried von Chur all seinen besitz dem kloster Himmelau geschenkt, sich selbst aber den lebensunterhalt und die lebenslängliche verwaltung des klosters vorbehalten habe.* 1320 *mai* 1.

1320 mai 1.

5 Nos .. scultetus, .. scabini, .. consules .. ceterique cives opidi Geylnhusen recognoscimus et presentibus publice profitemur, quod venerabilis in Christo pater dominus Syfridus episcopus Curiensis in nostra presencia constitutus omnia bona sua mobilia et inmobilia, presencia et futura, alieno here (!) deducto, donavit monasterio in Hyme-10 lauwe ordinis sancti Benedicti sito extra muros Geylnhusenses per ipsum fundato. Ita tamen, quod idem episcopus de bonis eisdem sustentacionem habere debet congruentem et esse provisor in spiritualibus et temporalibus irrevocabilis ad tempora vite sue monasterii supradicti debetque abbatisse et conventui eiusdem monasterii iuxta facultates 15 bonorum predictorum acquisitorum et acquirendorum expensas per se vel per aliam personam ydoneam ministrare. In cuius rei testimonium sygillum nostrum et episcopi memorati presentibus sunt appensa. Datum anno domini M°.CCC°. vicesimo, ipsa die Philippi et Jacobi apostolorum.

20 Orig.-perg. Siegeleinschnitte nur für ein siegel. Hanauer Urkunden, Kloster Himmelau.

208. *Hermann und Sibold von Wasserlos genehmigen den von dem Mainzer canonicus Johann von Reifenberg und dem Limburger canonicus Walter von Cronberg beabsichtigten tausch ihrer pfarreien* 25 *Hefterich und Langendiebach.* 1320 *mai* 27.

1320 mai 27.

Universis et singulis presencium litterarum inspectoribus et maxime, quorum interest seu intererit, sit publice manifestum, quod nos Hermannus et Sibuldus eius nepos milites de Waszerlosch permutacioni inter honorabilem virum Johannem de Rifenberg canonicum Mogun-30 *tinum*, rectorem parrochialis ecclesie in Heftherich Treverensis dyocesis, et Walterum de Croninberg canonicum Linpurensem (!), rectorem parrochialis ecclesie in Langendypach supradicte, de eisdem suis parrochialibus ecclesiis racionabiliter celebrande nostrum plenum consensum et benivolum, prout melius possimus, adhibemus et[1], in quantum in nobis 35 est, ratificamus et gratificamus permutacionem huiusmodi per presentes. Ego enim Siboldus sigillum proprium non habeo, honorabilem virum Hermannum prefatum meum nepotem rogavi, qui sigillum suum apponit

---

1) Das original hat: »ad«.

presentibus loco mei atque sui. Anno domini M°CCC°XX°., VI°. kalend. Junii.

Orig.-perg. Das siegel Hermanns ist rund, etwas undeutlich und wenig verletzt, das Sibolds rund und stark beschädigt. Am gleichen tage gaben ihre zustimmung zu diesem tausche: *Thidericus et Waltherus milites de Croninberg*, deren siegel beschädigt am orig.-perg. hängen, und *Fridericus filius Friderici dicti Dugel militis*. Friedrich gebrauchte das siegel seines oheims *Friderici de Carbin*, das gut ausgeprägt und nur am rande stark beschädigt ist. Wiesbaden, staatsarchiv. Die drei urkunden sind gedr.: Rossel, Eberbacher Urkundenbuch II 702.

1320 mai 29.

209. *König Ludwig bestätigt der stadt Gelnhausen ihre rechte und freiheiten. Frankfurt* 1320 *mai* 29.

Ludwicus dei gracia Romanorum rex semper augustus universis, ad quos presentes littere pervenerint, imperii fidelibus, graciam suam et omne bonum. Iustis petencium desideriis regia serenitas facilem prebere[1]) conswevit auditum et ea, que a racionis tramite non discrepant, effectu gracioso prosequente complere. Eapropter universitati vestre notum fieri volumus per presentes, quod nos civibus nostris dilectis fidelibus de Geilnhusen omnia iura, libertates et conswetudines suas tam antiquas quam novas a divis predecessoribus nostris, imperatoribus et regibus Romanorum, eisdem indultas de innata nobis beningnitate duximus confirmandas. Mandantes et auctoritate regia firmiter et districte precipientes, quatenus nullus eosdem cives in suis iuribus et libertatibus hactenus rite et racionabiliter obtentis contra hanc nostre confirmacionis paginam quoquam ausu temerario molestare presumat. Quod qui presumpserit, indignacionem regiam se noverit graviter[2]) incurrisse. Precipimus autem advocato nostro provinciali ac ceteris officiatis pro tempore ibidem existentibus, ut eosdem in predictis auctoritate nostra manuteneant et[3]) defendant. Datum in Franchenford[4]), IIII°. kal. Junii, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo, regni vero nostri anno sexto.

Gelnhäuser kopialbuch in Büdingen (A.); kopialbuch des herrn konsuls Becker in Gelnhausen (B); fehlerhafte abschrift Hundeshagens in Ms. Hass. fol. 253 der Kasseler landesbibliothek. BR 398; ausserdem gedruckt: Renovation und Confirmation 12, Aus beyderseitigen sechs Deductionen beil. s. 82, Höfling, Beschreibung der stadt Lohr 16, nach einer abschrift im archive der stadt Lohr.

1320 mai 30.

210. *Derselbe setzt die reichssteuer der vier reichstädte in der Wetterau auf zusammen sechszehnhundert mark fest. Frankfurt* 1320 *mai* 30.

---

1) conprebere B. 2) fehlt in B. 3) ac B. 4) Franckenfort B.

Nos Ludowicus dei gracia Romanorum rex semper augustus. Ad noticiam omnium et singulorum tam principum, comitum, baronum, civitatum, opidorum quam aliorum quacumque dignitate preditorum volumus pervenire, quod propter specialem dileccionem, quam gerimus 5 ad nostros et imperii fideles Franchenfordenses, Fridebergenses, Wetflarienses et Geylenhûsenses opidanos, mera liberalitate atque motu proprio ipsos ab omni onere exaccionum, collectarum, precariarum seu sturarum, quocumque nomine censeatur, ex regali munificencia perpetuo absolvendos duximus et libertati presentibus condonamus. Sic, 10 quod dicta quatuor opida, si ea nostra celsitudo habere supportata non poterit, nobis et imperio quolibet anno in festo beati Martini pro omnibus supradictis oneribus prestandis mille et sexcentas marcas denariorum Coloniensium, triginta et sex solidos hallenses pro qualibet marca computandos, ministrabunt. Quibus prestitis et solutis quolibet 15 anno ipsa opida ab omni onere superius specificato libera reddimus et soluta. Quam libertatis graciam, ut premittitur, ipsis inconvulsam promittimus observare. In quorum omnium testimonium presentes exinde conscribi litteras et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum in Franchenfûrt, III°. kalend. Junii, anno domini millesimo 20 trecentesimo vicesimo, regni vero nostri anno sexto.

Orig.-perg. Das gut erhaltene siegel hängt an grünen, gelben und rothen seidenfäden. Frankfurt, stadtarchiv. Privilegien D 95. Ein zweites orig.-perg. befindet sich im Wetzlarer stadtarchiv mit zur hälfte erhaltenem siegel. Ein drittes, das der stadt Friedberg, mit etwas beschädigtem siegel, ist in Darmstadt, 25 eine abschrift des Gelnhäuser exemplars ist im Gelnhäuser kopialbuche zu Büdingen und eine deutsche übersetzung im kopialbuche des herrn konsuls Becker zu Gelnhausen. BR 399, ausserdem gedruckt: 1) nach dem originale: Privilegien des H. R. Statt Franckfurt 16; 2) in deutscher übersetzung: Renovation und Confirmation 13, Wahrhaffte und wohlgegründete Vorstellung 38, Aus beyderseitigen 30 Sechs Deductionen beil. s. 83 und 113.

211. *Gerlach Schelm von Bommersheim bekennt, dass ihn Gottfried von Eppstein mit den lehen seines bruders zu Bergen belehnt habe.* 1320 *juni* 13.

1320 juni 13.

Nobili viro domino suo fideliter dilecto domino Godefrido de 35 Eppinstein domino Gerlacus dictus Schelme miles de Bomersheim, paratam et sinceram ad quevis eius obsequia voluntatem. Tenore presentium recognosco et cupio ad universorum notitiam pervenire, quod curiam et duos mansos in villa Bergen et terminis eius sitos, quos quondam Theodericus Schelmo armiger frater meus a vobis in 40 feodo tenuit et possedit, a vobis michi et meis heredibus in feodo me suscipisse (!) et me feodi titulo possidere. Et in testimonium super

eo vobis tradidi has litteras meo sigillo proprio sigillatas. Datum anno domini M.CCC.XX., idus Junii.

Eppsteiner kopialbuch. Giessen, universitätsbibliothek.

1320 juli 5.

212. *Papst Johann XXII ertheilt der im kloster Himmelau erbauten kirche der heiligen Lucius und Florinus einen ablass. Avignon 1320 juli 5.*

Johannes episcopus servus servorum dei dilectis filiis universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. (!) Vite perempnis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium coronat aciem civium supernorum, a redemptis precio sanguinis fusi de pretioso corpore redemptoris meritorum debet acquiri virtute. Inter que illud pregrande esse dinoscitur, ut ubique, sed precipue in sanctorum ecclesiis, maiestas altissimi iugiter collaudetur. Cupientes igitur, ut ecclesia, que infra septa monasterii monialium in Himelauwe prope muros opidi Geylhusen ordinis sancti Benedicti Maguntine diocesis sub vocabulo beatorum Lucii et Florini confessorum constructa dinoscitur, a Christi fidelibus congruis honoribus frequentetur et ut eosdem fideles quasi per premia ad merita salubriter invitemus, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam ipsam in eorundem sanctorum et quatuor beate Marie virginis festivitatibus devote visitaverint, annuatim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi centum dies de iniunctis penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Avinione, 3. nonas Julii, pontificatus nostri anno quarto.

»Ex regesto anni IV. litterarum com. Johannis PP. XXII ep. 1217«, gedr.: Würdtwein, Nova Subsidia IX 38.

1320 juli 31.

213. *Helwig Prelo, bürger zu Münnerstadt, bittet Ulrich II von Hanau um einwilligung zum verkaufe eines lehens an Siegfried von Breitenbach. Münnerstadt 1320 juli 31.*

Nobili viro domino suo Ulrico de Hanowe[1]) Helwicus Prelo civis in Mûnrichstat, fidelis servicii exuberans incrementum. Cum quedam bona a theloneo in Gelnhusen derivancia Bertradim conthoralem meam, neptim Wortwini dicti Magni opidani in Gelnhusen, successorie contingentia cum quodam eciam feodo decem solidorum denariorum a

1) am 20. august d. j. trugen ihm Jungo v. Limburg und seine frau Katharina, bürger in Friedberg, vier mark jährl. einkünfte von haus und hof zu Friedberg als ein lehen für söhne und töchter auf. Orig.-perg. mit etwas beschädigtem siegel. Hanauer Lehenurkunden.

vobis procedente vendiderim Syfrido de Breytembach civi ibidem iusto titulo emptionis, nobilitatem vestram rogo diligentia cum exacta, quatenus id ipsum feodum decem solidorum denariorum Syfrido velitis concedere memorato. In cuius feodi recom*m*pensam nobilitati vestre pensionem decem similiter solidorum denariorum de quodam manso meo proprio in villa maiori Bartdorf dicta sito resigno liberaliter hiis in scriptis, studiosius supplicando, ut michi pensionem iam dictam concedere curetis a manu vestra titulo feodali iugiter possidendam, testimonio huius scripti meo sigillo super eo evidentius consignati. Datum Münrichstat, anno domini M°CCC°XX°., II°. kalend. Augusti.

Orig.-perg. Das schildförmige siegel ist etwas beschädigt, von der umschrift ist erhalten: + S · HELEVVICI · · ·, wappen: drei lindenblätter von einem mittelpunkt ausgehend. Han. Lehenurkunden, von Breitenbach. Gedr.: Gründliche Untersuchung ob mit den Grafen 477.

214. *König Ludwig überlässt Ulrich II von Hanau sein recht auf einen wagen vom hofe Riedern. Frankfurt* 1320 *september* 30. — 1320 sept. 30.

Nos Ludowicus dei gra*c*ia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum noticiam volumus pervenire, quod propter grata et fidelia obsequia nobis et imperio per nobilem virum Ulricum de Hanowe fidelem nostrum dilectum impensa eidem Ulrico et suis heredibus ius nostrum, quod nobis et imperio de curia in Riederen pro uno curru conpetebat, remisimus et remittimus ac eciam eisdem idem ius de liberalitate regia duximus largiendum, harum testimonio litterarum sigilli maiestatis nostre robore signatarum. Datum in Franchenfûrt, IIe. kalend. Octobr*is*, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo, regni vero nostri anno sexto.

Orig.-perg. Das majestätsiegel ist gut erhalten. Hanauer Urkunden, Ortsrepositur.

215. *Derselbe weist Ulrichen zwei schwere turnose auf dem zolle in Bacharach an bis zur erhebung von* 3000 *pfund heller, für die ihm das gericht Bornheimerberg verpfändet war. Frankfurt* 1320 *september* 30. — 1320 sept. 30.

Nos Ludowicus dei gra*c*ia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum noticiam volumus pervenire, quod ob grata et fidelia obsequia nobis et imperio nuper per nobilem virum Ůlricum de Hanowe, fidelem nostrum dilectum, versus Alsaciam inpensa et pro dampnis sibi in eisdem nostris obsequiis illatis ipsi in tribus milibus librarum hallensium bonorum existimus obligati. Pro qua summa pecunie ipsi Ulrico et suis heredibus duos turonenses grossos in thelonio nostro

Bacharaci duximus deputandos, tamdiu per ipsum Ulricum et suos heredes tollendos et colligendos, donec ipsi de dicta summa, pro qua ipsis iudicium dictum Brunneheimerberge cum universis suis pertinenciis obligavimus, de dictis duobus grossis turonensibus vel alibi per nos integraliter fuerint expediti. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Dat*um* in Franchenfůrt, II°. kalen. Octobr., anno domini millesimo trecentesimo vicesimo, regni vero nostri anno sexto.

Orig.-perg. Das majestätsiegel ist etwas beschädigt. Hanauer Urkunden, Passivlehen. Gedr.: Gründliche Untersuchung ob mit dem Grafen 11, daraus Reichsfama XX 432.

1320 okt. 1.

216. *Schiedspruch zwischen Philipp d. j. von Falkenstein und Ulrich II von Hanau. 1320 oktober 1.*

Dit ist die scheidůnge, die wir Philipps herre zů Mincemberg der eldiste und Hartman von Cronimberg ritther gesprochin han schůssin den edeln mannen hern Ph*ilippsen* von Falkinstein herren von Mincemberg deme iungen und hern Ulriche herren zu Hainowe. Zům ersten spreche wir das, das d[er iun]ge von Falkinstein sal nemen die gulde zu Bůdspach, is sy weize oder ander gul[de], wi man sie nennet, alsa, alse sie der von Hainowe dar hat braht. Ouch spreche wir, das die lůde, die fasnachhůner hant gegeben zů Bůdspach bis an dy zit, das das dorf Budspach geantwortit wart demme iungen von Falkinstein, wo sie geseszen sin, die sullen bliben demme iungen v[on Fa]lkinstein, wilhe lude aber [. . . . . . . [1]) fasn]ahthuner hant gegeben bis an die zit, die sullen bliben deme [herren von Hainowe]. Vorbas sprechen wir: die hůndirt marg penninge, die des i[ungen von] Falkinstein ratlude hÿzen, darwider hÿzen des ratlude von Hainowe fůnfhundirt atheil virsessins weizis, darobir sprechen wir, das die swei stocke glich sůllen sin gein einander und ir kein demme ander niht eizin i[n]sal an demme ende. Ouch was der iunge von Falkinstein demme von Hain[owe] bewisen sal an weize ader an ander gulde, das sal he dem von Hainowe bewiset han vor wihenacthen, die allernehist kumment, als ir frunt geredet han. Und das dit stede und veste blibe, des gebe wir dissen brieb besigelet mit unsirn ingesigelen, da man zalte noch godis geburte druzehinhundirt iar in demme zweinzigisten iare, an sente Remigis dage.

Orig.-perg. Siegel fehlt. Hanauer Urkunden, Auswärtige Beziehungen.

1) lücke für etwa zwölf buchstaben. — An den eckig eingeklammerten stellen ist das pergament durch mäuse beschädigt.

217. *Das stiftskapitel von Frankfurt gibt seinen hof, sein haus und andere güter zu Bergen den brüdern Heinrich Huser und Giselbert von Bergen in erbleihe.* 1320 *november* 20. 1320 nov. 20.

Heinricus decanus totumque . . capitulum ecclesie sancti Bartho-
5 lomei Frankenfordensis tenore presencium publice profitemur, quod nos unanimi voluntate curiam nostram et mansionem cum omnibus suis pertinenciis, prout quondam Heyno easdem a nobis tenuit et possedit, et unam elderam dictam hobegarte super fontem dictum Hamersyn, unam vineam incultam dictam Hůrruzh et unam particulam
10 dictam Snegel in villa Bergen et terminis eius sitas Heinrico dicto Husere et Gyselberto fratribus de Bergen et uni seniori heredi eorundem locavimus et concessimus iure hereditario perpetuo possidendas. Ita quod premissa omnia et singula apud unum tantum heredem seniorem perpetuo remaneant indivisa et, si secus fieret, quod mox ca-
15 dent a suo iure omni iudiciorum canonici et civilis strepitu quiescente, cum omni melioracione, si quam in eisdem fecerint, et contradictione qualibet seu quorumlibet non obstante. Solvent enim nobis et ecclesie nostre annis singulis nomine annui census in festo beati Martini hyemalis de predictis curia et mansione in omnem eventum novem
20 solidos denariorum Coloniensium et de eldera triginta Colonienses denarios et de vinea Hůrruzh ac particula dicta Snegel duos solidos Coloniensium denariorum, tribus hallensibus pro denario quolibet conputatis. Condictum est eciam, quod predicti . . fratres vel alter eorum aut heres, qui successerit pro tempore, sub perdicione iuris sui in
25 torculari nostro in dicta curia sito annis singulis tempore vindemiarum nulla nobis inpedimenta inferant seu prestabunt, sed nos et familiam nostram pro utilitate et commodo nostro perfrui permittant pacifice et quiete. In firmitatem et testimonium omnium premissorum sigillum ecclesie nostre maius presentibus duximus appendendum. Actum anno
30 domini M°.CCC°XX°., XII°. kalend. Decembris.

Orig.-perg. Siegel fehlt. Frankfurt, stadtarchiv. Bartholomäusstift nr. 2393.

218. *Beschreibung einer korngült zu Niederdorfelden, welche die von Holzhausen gekauft hatten. Um* 1320. um 1320.

Item zwelf achteyl korngeldis wurdin gekauft um hern Dylman
35 von Dorfeldin und Stillin sine wirtin und sint gelegin in dem dorff und in der termenunge Nider Dornfeldin uff eyner hube landis rethlichis eygins, die sie kaufften um hern Girlachin von Clein und von stucke zů stucke hernoch stent gescribin: Zu dem ersten uff dem

ersten felde fünff morgin an dem Hauge, zwene morgin an dem steynen Cruze, dry morgin zu Dalen, und dan uff dem andern felde funff morgin zu Feltburne an dem zune, fünff morgin zihint uber die Frankinfurter strazin, und dan uff dem drittin feldin zwene morgin an der Hamingispach by der bruckin, dry morgin uff Wingerter berge, 5 zwene morgin uff der Kynde berge, anderhalp morge zihint uff den wingartin, anderhalp morge an der widin bi der Hamingispach.

Gültregister von etwa 1340. Pergament. Frankfurt a/M., archiv der freiherrn v. Holzhausen. Von den genannten drei personen kommt Dilmann v. D. 1315—1344 vor, Stilla 1323, Gerlach v. Cleen 1275—1316. 10

bald nach 1320.

219. *Johan von Rüdigheim bezeugt, dass bruder Walther von Cronberg und Hertwin Polonre von Langendiebach ihren streit durch schiedsrichter austragen lassen wollen. Bald nach* 1320.

. . Ich Johan von Rûdinkeim rittere bekennin, umme soliche zweiunge, alse was zushin brûdir Walthere von Croninberg unde 15 Hertwine Polonre von Langindypbach, daz sie des wurdin gerittet mit ir beidir gûdin willin vor mir und for minime (!) brûdire Helfrich, der zû deme male void was, unde for anderin gûdin ludin, die iz sahin und horthin, also daz sie bede verziegin, wie ich und min brûdir der vorgenanthe sie schiedin; daz globthin sie bede stede zû haldene. 20 Dirre dinge bekennin ich undir mime insigele . .

Orig.-perg. Die obere hälfte des schildförmigen siegels fehlt, die untere ist gut erhalten. Wiesbaden, staatsarchiv. In der urkunde nr. 208 wird bezeugt, dass Walter v. Cronberg, kanoniker zu Limburg, die pfarrstelle zu Langendiebach gegen die zu Hefterich in der nähe von Cronberg vertauschte; 1338 25 april 16 wird er als mönch zu Eberbach aufgeführt. Wann er mönch wurde, habe ich nicht feststellen können; wenn man aber annimmt, dass die oben genannten streitigkeiten aus seiner stellung als pfarrer in L. herrühren, so mag die urkunde bald nach 1320 mai 27 abgefasst sein.

1321 jan. 30.

220. *Bischof Gottfried von Würzburg belehnt Ulrich II von Hanau* 30 *mit den Brandensteiner lehen. Würzburg* 1321 *januar* 30.

Gotfridus dei gracia episcopus Herbipolensis inspectoribus presencium recognoscimus publice universis presentibus et futuris, quod nos viri nobilis Ulrici de Hanauwe sororii nostri karissimi grata servicia nobis et ecclesie nostre impensa et in posterum impendenda sincero 35 animo respicere cupientes universa et singula feoda de Brandenstein quesita et inquirenda, que nobilis vir Lud*ewicus* comes de Rienecke iunior ex collacione felicis recordacionis Andree quondam episcopi Herbipolensis predecessoris nostri tenuit, de consensu eiusdem comitis

dicto Ulrico de Hanauwe, id a nobis cum instancia postulanti, et heredibus suis masculis contulimus et conferimus, presencium testimonio litterarum nostri sigilli robore signatarum. Datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo XXI°., III°. kalend. Februar.

5 Orig.-perg. Das siegel fehlt. Hanauer Urkunden, Passivlehen. Gedr.: Kopp, Auserles. Proben des Teutschen Lehenrechts II 84, Archiv des historischen Vereins für den Untermainkreis III[3] 30.

221. *König Ludwig beauftragt Eberharden von Breuberg, in den wetterauischen reichsstädten die fälligen reichssteuern zu erheben* 1321 febr. 24.
10 *und sich und die herren von Falkenstein, Eppstein und Hanau davon bezahlt zu machen. München 1321 februar 24.*

Lud*ow*icus dei gra*c*ia Romanorum rex semper augustus nobili viro Ebirhardo de Brůberg advocato provinciali per Wedrebiam, fideli suo dilecto, gra*c*iam suam et omne bonum. Fidelitati tue iniungimus, 15 prout iam pridem nos tibi dedisse recolimus in mandatis, quat*e*nus apud quatuor opida nostra et imperii, scilicet Frankenfůrt, Frideberg, Wetflar et Geylnhůsen, steuras nostras solitas, quas in festo beati Martini proxime preterito exolvisse debuerant, requiras et colligas requisitas et de perceptis porcionem te contingentem iuxta tractatus 20 nostros tecum novissime, cum in Reno essemus, habitos retineas, residuum vero nobilibus viris Philippo seniori et Philippo iuniori de Valkenstein, Gotfrido de Eppenstein ac Ulrico de Hanowe distribuas iuxta cognitum tibi modum tractatuum habitorum. Ea condicione premissa, quod sigilla sua appendant litteris nostris, quas strennuo viro 25 Volrado sculteto nostro in Frankenfůrt commisimus reservandas. Sin autem hiis annuere rennuerint, partes pecunie eosdem contingentes te reservare volumus, quousque voluntatem nostram, quid de ea fieri debeat, tibi certitudinaliter rescribamus. Dat*um* Monaci, in die beati Mathie apostoli, regni nostri anno septimo.

30 Orig.-perg. Das anhängende secret ist gut erhalten. Wernigerode. BR 435. Im repertorium des Königsteiner archivs zu Marburg findet sich angeführt: »*Ein pergamenbrieff mit ein siegel, wie könig Ludwig bevehlt, dasz Conrad her zu Trimpurg und landvogt in der Wetteraw die schatzung zu Franckfurt, Friedberg, Gelnhausen, Wetzler auffzuheben. 1322*«. Nun ist zwar sonst nicht bekannt, dass 35 Konrad v. Tr. je landvogt gewesen wäre, doch wäre es nicht unmöglich, dass er gerade im jahre 1322 diese stellung innegehabt hätte. Vgl. Böhmer, Die Reichslandvögte in der Wetterau im Archive für hessische Geschichte I 343.

1321 märz 9.

222. *Vergleich zwischen dem kloster Arnsburg und Ulrich II von Hanau zur beilegung ihrer streitigkeiten. Naumburg 1321 märz 9.*

Anno domini M°CCC°XXI°., feria secunda proxima post dominicam invocavit, in monasterio in Nuwenburg, presentibus strennuis viris Dammone de Burghartsfeldin, Eppechino sculteto in Babinhusin, Dilmanno de Dorveldin, Bernhardo de Gunse, Erwino de Rorbach, Johanne dicto Merze, Friderico de Carbin, Gernando de Muschinheim, militibus, Hartmůdo dicto Sůse et Happelone advocato in Wůneckin, armigeris, est inter religiosos viros . . abbatem et conventum monasterii in Arnsburg et nobilem virum dominum Ulricum de Hanoywe placitatum taliter et tractatum, videlicet quod idem dominus de Hanoywe curiam Enninkeim predictorum . . religiosorum ab omni iure censuum, serviciorum, reddituum et hospitalitatum ac omnium iurium aliorum, quomodocunque nominentur, ab antiquo usque ad tempus primi tractatus super concambio curie Ryderin a dominatu de Hanoywe habitorum et consuetorum, etiam sive per se tenuerit ipsa iura seu aliis infeodaverit iura eadem, debet eximere, libertare et quitare cum bonis securitatibus et munimentis talibus, quod predicti . . religiosi ab ipsis sint in perpetuum et curia ipsorum predicta Enninkeim liberi et inmunes. Item bona, videlicet curiam et mansos suos in Heldebergin sitos ad pensionem XXX^ta^ maldrorum siliginis cum dimidio maldro, dummodo agris mensuratis tantum haberi poterit, cum debita warandia predictus dominus de Hanoywe prefatis . . religiosis tradet et assignabit. Sed est adiectum, quod heredes quondam Syboldi militis de Heldebergin inpungnant mansum cum dimidio vel quantum inpungnant in bonis iam dictis, si predictus dominus . . de Hanoywe eos ad renunciationem, ad quam toto nisu laborare debet, ipsos non potest inducere, tunc bona mere propria ita bona et equipollentia in villis Keuchene vel Eychene[1]) seu una ipsarum predictis . . religiosis debet tradere et assignare cum debitis firmamentis. Item est tractatum, quod predictus dominus . . de Hanoywe addendo predictis XXX^ta^ maldris cum dimidio siliginis, quousque fiant octoginta maldra siliginis, pro quolibet maldro sex marcas denariorum legalium prefatis . . religiosis dabit atque solvet. Item dominus de Hanoywe iam dictus predicta pecunia solvenda strennuum virum Hartmůdum militem de Croninberg principalem debitorem constituet et idem Hartmůdus talem cautionem et securitatem pro eadem pecunia solvenda ante festum beati Michahelis proxime venturum absque omni protractione et sub-

1) hiernach: »predictis«, aber wieder ausgestrichen.

terfugio, quam strennui viri Bernhardus de Gunse, Fridericus de Carbin et Dilmannus de Dorveldin milites predicti diffinierint fore faciendum. Item predicti . . religiosi in messibus anni instantis omnes fructus de bonis domini . . de Hanoywe in Soydele, decimis Grů-
5 ningin et Gulle villarum[1]) et predictis bonis in Heldebergin seu pensiones provenientes integraliter percipient atque tollent. Item fideliter laborabit apud dominum . . abbatem[2]) et conventum ecclesie Fuldensis, si possit proprietare decimas predictas, sed si hec adinplere non potest, tunc pro quolibet maldro . . . prefatis religiosis sex marcas
10 solvet, sicut est predictum. Item in arbitrio et libera voluntate predictorum . . religiosorum erit, si[3]) loco pecunie, ut est predictum, mansos et redditus per predictum dominum . . de Hanoywe assignandos voluerint acceptare. Item postquam omnia predicta munimenta, securitates atque tractata fuerint cum effectu debito adimpleta, tunc
15 predicti . . religiosi prefato domino de Hanoywe curiam suam Ryderin cum omnibus attinentiis suis et iuribus, quibus hactenus tenuerunt eandem, assignabunt. Item hoc anno si dominus de Hanoywe omnia predicta adinpleverit, pensionem conswetam de Wiglonibus vel prefatis . . religiosis percipiet, sed araturam vulgariter dictam brachin
20 habebit et assignabitur sibi curia memorata. Et in huius tractatus evidens testimonium duo paria li*tt*erarum predictis partibus sunt confecta sub sigillo venerabilis viri . . prepositi in Nuwenburg, quo ambo partes predicte contentantur. Datum et actum anno et die quibus supra.

Orig.-perg. Rest des spitzovalen grünen siegels, einen stehenden geistlichen
25 zeigend. Darmstadt. Gedr.: Baur, Hess. Urkundenbuch I 895.

223. *Das kloster Seligenstadt bezeugt, dass Konrad der thesaurarius des klosters mit genannten einkünften eine stiftung zu gunsten des klosters begründet habe.* 1321 *april* 18. — 1321 april 18.

In nomine domini, amen. Nos Walpertus dei gr*a*cia abbas, Con-
30 radus prior totusque . . conventus monasterii Selgenstadensis ordinis sancti Benedicti Mogunt*ine* dyocesis ad certitudinem presencium et memoriam futurorum notum esse volumus universis Christi fidelibus tenore presencium li*tt*erarum, quod cum dilectus in Christo confrater noster Conradus ecclesie nostre thesaurarius ultra vite sue necessitatem

35 1) am 6. august d. j. verpflichtete sich das kloster diese antheile an den zehnten zu Gr. und G. zurückzugeben, falls Ulrich sie mit 84 mark Köln. pfenn. lösen wolle. Orig.-perg. Siegel beschädigt. Hanauer Urkunden. 2) hiernach ist im originale »monasterii«, durch vor- und nachgesetzte striche ungültig gemacht. 3) doppelt im orig.

de singulari nostra licencia et favore quandam summam pecunie congregasset ac de . . nostri et . . conventus beneplacito cum eadem pecunia redditus seu proventus annue ac perpetue pensionis, videlicet quatuor octalia siliginis mensure Franckenvordensis super dimidia huba pertinente ad curiam nostram in Molnheym fronehof vulgariter dictam, 5 pro quorum subpingnore quatuor iugera preter quartale agrorum iacencium infra villas Molnheym et Bebera cum duobus pratis in villa Roda sitis vulgariter obewendig der hulzbrûken sibi eternaliter sunt obligata, pro decem marcis denariorum levium rite et racionabiliter co*n*parasset et tercium dimidium maldrum siliginis Geylnhusensis men- 10 suracionis, dimidium maldrum caseorum, unam aucam et pullum estivalem super quibusdam bonis sitis in villa Rodenbach vel terminis eius necnon apud Jacobum de Kebele duo maldra siliginis quarto modio cumulato mensure Selgenstadensis super octo iugeribus agrorum subpingnorancium divisim situatis, q*uorum*[1]) in campo ville Rosdorf duo 15 iugera et quartale tendencia super viam tautunice (!) Rosdorfirweg, duo versus silvam in campo et in eodem duo cum quartali, item et in campo dicto Michilveld alterum dimidium iuger inveniuntur situata. Prescriptos redditus de nostro consensu unanimi et bona voluntate ad officium custodie dicti monasterii nostri specialiter deputavit sub ordi- 20 nacione intencionis sue salutaris infrascripta, videlicet ut sanctorum Luce ewangeliste, Georii martiris, sancte Thorothee virginis et beate Marie Egiptiace festa in albis cum missarum solempnitatibus secundum ecclesie nostre consuetudinem . . nos et . . nostri successores singulis annis iugiter peragamus. Et ob hoc, quicunque dicti officii custos pro 25 tempore fuerit, dominis nostris in albis ut predicitur dumtaxat presentibus in quolibet festo sanctorum videlicet Luce et Georii prenominatorum sex solidos denariorum, in festo sancte Thorothee octo solidos denariorum et in festo beate Marie Egiptiace decem solidos denariorum pro serviciis de suprafate pensionis redditibus integraliter 30 et in perpetuum ministrabit; de quibus eciam redditibus nichil magis restat faciendum, nisi quod de residuo lumina cerea in prelibatis festivitatibus ardere procurabuntur, quemadmodum consuetum est fieri hactenus, dum in albis secundum chori solempnitatem ipsa divinorum officia celebramus. Ut autem salubris dicti Conradi ordinacio hec 35 effectum debitum et inconvulsibilem consequatur, presens scriptum sub sigillorum nostrorum appensione fideliter duximus roborandum. Datum et actum anno domini M°.CCC°XXI°., in vigilia pasche.

Orig.-perg. Die beiden siegel fehlen. Darmstadt. Gedr.: Baur, Hess. Urkundenbuch I 270 (unvollst.) 40

1) das original hat hier die abkürzung für quia.

224. *Ulrich II von Hanau und Agnes seine frau übergeben dem kloster Arnsburg infolge des vergleichs vom dritten märz hof und güter zu Heldebergen.* 1321 *mai* 11.

1321 mai 11.

Nos Ulricus dominus de Hanoywe et Agnes conthoralis nostra
5 legittima recognoscimus publice in hiis scriptis, quod nos ex pacto et tractatu concambii seu permutationis inite atque facte cum religiosis viris . . abbate et conventu monasterii in Arnesburg super curia ipsorum in Ryderin, quam in nos transtulerunt, salvis bonis aliis ipsis ex lege eiusdem permutationis traditis curiam nichilominus nostram,
10 agros et mansos nostros atque bona in villa Heldebergin et terminis eius sitos, que quondam strennuis viris Siboldo de Heldebergin et Gotfrido de Stocheim militibus ratione castrensis homagii per . . avum nostrum felicis memorie Reynhardum seu progenitores nostros obligati fuerunt et renunciantibus ipsis et heredibus suis in nos iusto titulo
15 proprietarie devoluti existunt, de quibus annuatim sexaginta unum octalia siliginis solvuntur nomine pensionis, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis in pratis, pascuis, aquis, nemoribus et utilitatibus quibuscu*m*que predictis . . religiosis conferimus et eorum monasterio predicto tradimus, donamus et resignamus titulo mere proprietatis in
20 perpetuum possidendos; renunciantes communicatis manibus omnibus iuribus, actionibus, exceptionibus et iuris beneficiis, per que predictis . . religiosis in prefatis bonis et suis appendiciis posset aliquod preiudicium generari. Dantes prefatis . . religiosis presentes li*tt*eras sub nostris sigillis in testimonium premissorum. Datum anno domini M°CCC°.XXI°.,
25 feria secunda post dominicam, qua cantatur iubilate.

Orig.-perg. Ulrichs reitersiegel (nr. 1 der siegeltafel) ist stark beschädigt, das der frau Agnes gut erhalten. Es ist das runde siegel, das sie von nun an immer gebraucht. Die frau steht auf einer art console, ihre rechte hand liegt auf der brust, die linke hält einen vogel; auf dem von ranken durchzogenen
30 grunde liegen die beiden schilde gegen die frauengestalt geneigt. Die umschrift lautet: SIGILLV̄ : AGNETIS : DOMINE DE : HAYNOW. Lich, Arnsburger Urkunden. Im auszuge gedruckt: Baur, Arnsburger Urkundenbuch 353.

225. *Dieselben freien aus derselben veranlassung den hof des klosters zu Enkheim.* 1321 *mai* 11.

1321 mai 11.

35 Nos Ulricus dominus de Hanoywe et Agnes conthoralis nostra legittima omnibus presentibus et futuris, in perpetuum. Cupimus fore notum, recognoscentes publice et expresse, quod nos ex pacto et tractatu permutationis seu concambii inite atque facte cum religiosis viris . . abbate et conventu monasterii in Arnesburg super curia ipsorum in

Ryderin, quam in nos transtulerunt, salvis omnibus bonis per nos eisdem . . religiosis ex lege eiusdem permutationis traditis et cambitis, libertamus et eximimus curiam iam dictorum . . religiosorum in Enninkeim cum omnibus bonis et attinentiis suis ab omni onere, iure debito et servitute censuum, pensionum, reddituum, exactionum, precariarum, hospitiorum et iurium quorumcu*n*que, quocu*n*que nomine censeantur, sive per nos habitorum seu aliis infeodatorum a nobis dependentium, in quibus eadem curia Enninkein quondam . . patri nostro seu progenitoribus nostris dominis de Hanoywe et nobis usque ad tempus prefate permutationis, que facta fuit anno domini M°CCC°XVIII°. circa natales domini, seu curie nostre in Bergin obligata exstitit et astricta, renunciantes sollempniter stipulando concordi voluntate et communicatis manibus pro nobis et nostris heredibus in perpetuum omnibus iuribus et servitutibus supradictis. Promittimus quoque, quod contra premissa quacu*n*que arte, ingenio seu colore nullatenus veniemus, sed predicti . . religiosi manebunt in possessione curie sue Enninkeim predicte exempti et quitati ab omnibus prefatis iuribus et servitutibus sub umbra protectionis nostre, quam eis ibidem fideliter inpendemus, pacifica et tranquilla, in nos sumentes onus precarie predicte curie Enninkeim racione prefatorum iurium de cetero inponende ab hominibus in Bergin nostre curie memorate. Et ut hec omnia habeant perpetui roboris firmitatem, presentes li*tt*eras prefatis . . religiosis tradidimus sub nostris sigillis firmiter co*n*munitas, presentibus testibus Cůnrado de Muschinheim, Dilmanno de Dorveldin castrensi nostro, Eppechino sculteto nostro in Babinhusin, militibus, Happelone in Ŵneckin et dicto . . Nutzcher in Hanoywe advocatis nostris et aliis pluribus fidedignis. Datum anno domini M°CCC°XXI°., feria secunda post dominicam, qua cantatur iubilate.

Orig.-perg. An rothen u. grünen seidenfäden hängen die stark beschädigten siegel, die selben wie an der vorhergehenden urkunde. Lich, Arnsburger Urkunden. Gedr.: Gudenus, Cod. Dipl. IV 1031.

1321 mai 14.

226. *Vermächtniss des stiftsdecans Heinrich Moyn für das Frankfurter Bartholomäusstift.* 1321 *mai* 14.

In nomine domini, amen. Ego Heinricus dictus Moyn decanus sancti Bartholomei Frankenfordensis et canonicus Moxstadensis ecclesiarum notum esse cupio presencium inspectoribus universis, quod ego per dei graciam sanus corpore et compos mentis nomine mei testamenti legavi, disposui, condidi, ordinavi, tradidi et assignavi ac donavi, lego, dispono, condo, ordino, trado, assigno et dono, donacione inter vivos, sollempni stipulacione interposita, presentibus in hiis scriptis

ecclesie mee Frankenfordensi predicte super proprietatem fundi domus, quam quondam Culmannus ante pontem Sassenhusen inhabitabat et nunc Gotschalcus armiger cum Gudela uxore sua legitima, relicta olim Cůlmanni predicti, inhabitat, et domus fabrice contigue curie et aliarum 5 domorum omnium attinencium et adiacencium viginti solidos Coloniensium denariorum, tribus hallensibus pro denario quolibet computandis, annui et perpetui census annis singulis in festo beati Martini persolvendos. Item legavi et lego modo quo supra prefate mee ecclesie super unum mansum et dimidium in terminis ville Grůnowe sitos, 10 quos mea propria pecunia comparavi erga Hildeburgim et Johannem suum maritum dictum de Kaldebach, opidanos Frankenfordenses, duodecim octalia siliginis mensure Frankenfordensis annue et perpetue pensionis annis singulis infra festa duo assumpcionis et nativitatis Marie virginis [1]) gloriose in omnem eventum et ante omnia predicte 15 mee ecclesie absque ipsius ecclesie sumptibus et periculis Frankenford super granarium eiusdem ecclesie integraliter et libere persolvenda, predictos denarios et octalia siliginis personis ipsius ecclesie, canonicis et vicariis, pro presenciis equaliter dividendos, ut meus anniversarius dies in eadem perpetuo peragetur (!). Misi eciam et mitto prefatam meam 20 ecclesiam per presentes in possessionem pacificam et quietam predictorum viginti solidorum Coloniensium et duodecim octalium siliginis, renuncians omni iuri excepto eo, quod anime mee congruit, quod michi in prefatis censu et octalibus competebat simpliciter et precise. Recognosco insuper, quod omne, quod superest prefatis duodecim oc- 25 talibus et superhaberi poterit, legavi et lego ecclesie mee Moxstadensi supradicte ut supra nomine testamenti. In firmitatem et testimonium omnium premissorum meum sigillum proprium una cum sigillo officialitatis preposititure ecclesie Frankenfordensis predicte ad rogatum meum hiis litteris appenso presentibus duxi appendendum. Et nos . . offi- 30 cialis supradicte prepositure recognoscimus ad rogatum honesti viri domini Heinrici decani nostrum sigillum una cum sigillo eiusdem domini decani presentibus appendisse. Actum anno domini M°.CCC°XX° primo, II. idus Maii.

Orig.-perg. Zwei spitzovale siegel, wenig beschädigt. I zeigt über einer 35 balustrade das kniebild des heil. Bartholomäus, das schwert in der rechten, ein buch in der linken haltend, unten einen knieenden geistlichen. Umschrift: ··HENRICI DECANI ECCLIE FRAKEVORDE·· II hat das bild des heil. Bartholomäus in ganzer figur. Umschrift: ··OFFICIAL· ECCLESI·· FRANKENVORDE. Frankfurt, stadtarchiv, Bartholomäusstift 2791. Das in dieser urkunde 40 genannte Gronau wird im kopialbuche des stiftes I 25 Niedergronau genannt und ist vermuthlich der Gronauerhof.

1) »viginis« orig.

1321 mai 16.

227. *Ulrich II von Hanau trägt dem stifte Fulda eine korngült in Semd als lehen auf. 1321 mai 16.*

. . Wir Ulrich herre von Hanawe bekennen und dun kont allen den, dye disen brif sehent oder horent lesen, daz wir den ersamen[1] geistlichen und unseren gnedigen herren, hern Heinrich dem abpt und dem convent der kirchen zu Fulde vierzehen[2] malder korngulde ufgeben und bewisen uf unserm hove zu Semmer, der da gelegen ist in der terminie zu Omstad, und dieselben korengulte wider von in entphangen han, gelicher wise, als wir die korngulde hatten von in zu Grunningen und Dorfgulle, die wir den ersamen . . und begeben lůtten dem abpt und dem convent zu Arnesburg verkauft han. Und des zu einem urkunde geben wir den ersamen unseren herren den vorgenanten dem abpt und dem convent der kyrchen zu Fulde disen brif besigelt mit unserm ingesigil. Der gegeben wart, do man zalte von godes geburte druczehenhundert iar und in dem ein und zweinzigesten iare, an dem nehesten samsdage nach sante Pancracien dage.

Orig.-perg. Das reitersiegel (nr. 1 der siegeltafel) ist beschädigt. Marburg, Fuldaer Lehenurkunden.

1321 mai 21.

228. *Johann gen. Grossjohann, schöffe in Friedberg, verkauft dem kloster Arnsburg seine güter in Rothenbergen. 1321 mai 21.*

Nos Johannes dictus Grozeiohan filius quondam Ditwini de Ostheim scabinus in Frideberg, tutor ac procurator liberorum meorum infrascriptorum nondum dolicapacium infra annos perfecte renunciacionis existencium, Hartmannus et Ditwinus filii mei legitimi etatis debite et legalis recognoscimus in hiis scriptis publice confessando, quod propter utilitatem nostram et puerorum meorum infrascriptorum evidentem omnia bona mere propria universa et singula in villa Rodinberge et terminis eius sita prope Grindahe iacente, septem maldra siliginis cum dimidio et tria maldra avene mensure Gelnhusensis, unam aucam et duos pullos annuatim in presenti solvencia nomine pensionis, in nos et infrascriptos pueros per quondam Hartmannum de Breidinbach, civem Gelnhusensem, socerum meum, scilicet Johannis predicti, avum vero predictorum et subscriptorum puerorum meorum et quondam Kusam socrum meam, scilicet Johannis iam dicti, aviam vero eorundem puerorum successione et eque sortis funiculi divisione hereditarie devoluta et pacifice possessa cum omnibus iuribus et pertinenciis suis in curiis, areis, ortis, pascuis, pratis, aquis, nemoribus,

1) »ersaman« orig. 2) »viezehen« orig.

cultis et incultis, quocu*m*que nomine censeantur, item quandam peciam vinee ibidem duos solidos denariorum levium ad presens nomine census solventem, insuper decem iugera pratorum ibidem tali iure et sorte, ut est iam dictum, in nos devoluta cum iuribus et pertinenciis
5 suis religiosis viris domino . . abbati et . . conventui monasterii in Arnsburg Cysterciensis ordinis vendidimus, cessimus, resignavimus et iuste sollempniter stipulando vendicionis tytulo tradidimus pro septuaginta una marcis, fertone et quatuor denariis Coloniens*ibus* currentis et legalis pagamenti nobis ab eisdem religiosis ementibus et recipien-
10 tibus bona predicta numeratis, traditis et integraliter persolutis tytulo mere proprietatis et directi dominii veri iuris in perpetuum possidenda. Et quia Johannes, Syfridus et Agnes, liberi mei scilicet Johannis predicti, fratres vero et soror Hartmanni et Ditwini predictorum, nondum ad etatem dolicapacem nec ad annos discrecionis perfecte pervenerunt,
15 idcirco ego Johannes predictus discretos viros Johannem Angeli dictum de Gruninberg, Heinricum Angeli, sororios meos et affines dilectos, Heilmannum quondam Markelonis filium, insuper Hartmannum et Ditwinum filios et convenditores meos predictos, ipsis omnibus consencientibus et se ad hoc obligantibus, prefatis . . religiosis et eorum
20 monasterio supradicto fideiussores constituo atque pono. Ita sane, quod cum iidem Johannes, Syfridus et Agnes liberi mei iam dicti ad etatem legitimam pervenerint, quod consencient vendicioni presenti et renuncient (!) cum effectu expresse omnibus bonis et iuribus memoratis in omnibus locis et temporibus oportunis. Alioquin si hoc factum non
25 fuerit vel si prefati . . religiosi pacientur ex hoc aliquod detrimentum, in quo eis credi debet, tunc predicti fideiussores mei a prefatis . . abbate et conventu seu eorum syndico communiter vel divisim commoniti in unum hospicium in Frideberg ad obstagium faciendum se recipient, omni dolo cessante, ut boni fideiussores, comesturi tamdiu
30 nec inde exituri, prout se ad hoc fide prestita obligarunt, donec huiusmodi renunciacio predictorum liberorum meorum facta fuerit legitime cum effectu et consensus adhibitus fuerit vendicioni memorate. Hoc quoque adiectum est, quod si aliquis dictorum fideiussorum tempore intermedio carnis debitum exsolverit, tunc ego Johannes predictus, si
35 supervixero, vel Hartmannus et Ditwinus filii mei predicti prefatis . . religiosis infra mensem continue subsequentem, si requisiti fuerimus, alium fideiussorem loco defuncti debemus eque ydoneum subrogare. Alioquin ceteri confideiussores predicti pari modo se in obstagio fideli recipient, quousque alter fuerit subrogatus. Pro caucione quoque
40 evictionis seu warandia debita predictis . . religiosis super prefatis bonis et iuribus usque ad certum tempus prescribendi faciendis pre-

dictos fideiussores sub eadem censura et obligacione obstagii non solum in presenti sed eciam post renunciacionem predictorum liberorum meorum faciendam, quocienscu*m*que iidem . . religiosi in iure i*m*petiti fuerint, consimiliter posui et firmiter obligavi, volens ipsos reddere liberos et indempnes. Renunciamus quoque nos Johannes, Hartmannus et Ditwinus venditores predicti omni excepcioni et iuris beneficio tam canonici quam civilis, excepcioni fraudis vel doli et pecunie non numerate, insuper nomine tutorio pro predictis liberis meis sub annis existentibus omni iuris suffragio, quo vel quibus predictus contractus possit in posterum quovis ingenio inpediri. Testes huius rei sunt: Johannes, Heinricus et Heinricus fideiussores predicti se ad premissa omnia obligantes, Heinricus scultetus, Heilmannus dictus von der Zit. Heinricus de Laubinberge, scabini Fridebergenses, Wenzelo Riche et alii quam plures fidedigni. In quorum omnium robur et evidens testimonium nos venditores predicti presentes li*tt*eras prefatis . . religiosis tradidimus sigillo opidi Fridebergensis ad preces nostras et predictorum fideiussorum instanciam appenso fideliter communitas. Actum et datum anno domini M°CCC°XXI°., proxima feria quinta post cantate.

Zwei orig.-perg. Das runde grüne siegel ist an beiden gut erhalten. Lich, Arnsburger Urkunden und Marburg, Hanauer Urkunden, Kloster Arnsburg. Im auszuge gedruckt: Baur, Arnsburger Urkundenbuch 353.

1321 mai 25.

229. *Revers Ulrichs II von Hanau an das stift Fulda wegen belehnung mit einer korngült bei Umstadt.* 1321 *mai* 25.

Nos Ulricus dominus in Hanoywe recognoscimus publice in hiis scriptis, quod accedente consensu Agnetis conthoralis nostre benivolo et expresso redditus quatuordecim maldrorum siliginis de bonis nostris propriis iuxta Oymstat sitis provenientes venerabilibus domino nostro . . abbati et conventui ecclesie Fuldensis resignavimus et ab eisdem feodaliter recepimus possidendos, in recompensam partis in decimis Grûningin et Dorfgulle villarum nos contingentis per eosdem dominum . . abbatem et conventum religiosis viris . . abbati et conventui monasterii in Arnesburg Cystercien*sis* ordinis Mogunt*ine* dyocesis ad instantiam nostram appropriate et liberaliter confirmate. In cuius facti evidentiam sigillum nostrum maius una cum sigillo predicte . . conthoralis nostre presentibus sunt appensa. Datum anno domini M°CCC°XXI°., in die beati Urbani pape.

Orig.-perg. Ulrichs reitersiegel (nr. 1 der siegeltafel) ist beschädigt, das seiner frau fehlt. Marburg, Fuldaer Lehenurkunden. Gedruckt: Schannat, Fuld. Lehenhof 222.

230. *Das kloster Konradsdorf weist den nonnen Gertrud und Katharina von Hossinheim auf lebenszeit gefälle zu Hochstadt und Heldebergen an.* **1321** *juni* **14.**

1321 juni 14.

Nos . . Jacobus dei providencia prepositus, . . Lysa magistra 5 cetereque sorores universe cenobii in Cunrazdorf ad noticiam universorum volumus pervenire, quod nos . . Gertrudi et . . Katherine de Hossinheim nostris consororibus singulis annis quoad vixerint seu uni earundem sex octalia siliginis Frankinvordensis mensure racione cuiusdam mansus nobis nostreque ecclesie a suis progenitoribus circa villam 10 Hoynstad procedentia cum integritate assignabimus bona fide. Insuper unum octale . . Gertrudi predicte modo quo supra de bonis nostris in Heldebergen tempore sue vite amministrabitur annuatim. Ita dumtaxat: . . Ger. et Kath. . . sororibus prefatis ingressis viam carnis universe memorata pensio siliginis in parte et in toto ad nos nostram-15 que ecclesiam libere et perpetuo revertetur, contradictione alicuius non obstante. In cuius rei testimonium antedictis sororibus presens scriptum porreximus sigillorum nostrorum munimine roboratum. Actum et datum anno domini M°.CCC^mo^. vicesimo primo, in festo sancte trinitatis.

20 Orig.-perg., durch moder sehr beschädigt. Die siegel fehlen. Rossla, Stolbergische rentkammer.

231. *Ulrich II von Hanau verleiht Franken von Linden und Johann von Kinzenbach einkünfte vom zolle zu Laubach.* **1321** *juni* **14.**

1321 juni 14.

Nos Ulricus dominus in Hanauwe recognoscimus inspectoribus 25 presencium universis, quod nos[1]) strennuos milites Franckonem de Linden et Johannem de Kinczenbach propter grata servicia nobis inpensa et in posterum[2]) inpendenda favorabiliter prosequi cupientes ipsis sex marcarum redditus denariorum levium super parte nostra theolonii in Laupach contulimus et conferimus in hiis scriptis, quos 30 officiatus ibidem, qui pro tempore fuerit, annis singulis presentabit. Hoc adiecto, quod si[3]) nos vel nostri heredes predictis militibus triginta marcas denariorum predictorum dederimus, tunc redditus trium marcarum ad nos revertentur, quando vero sexaginta marcas assignaverimus militibus supradictis, extunc predicti sex marcarum redditus 35 ad nos et nostros heredes libere revolventur. Quam pecuniam in alios redditus convertent a nobis nostrisque heredibus titulo castrensis feodi possessuros. Ceterum si[4]) officiatus in Laupach negligens fuerit in

1) »vniuersis ordinis« vorl. 2) »inposicionem« vorl. 3) »quando« (statt »quod si«) vorl. 4) fehlt in der vorl.

presentando pecuniam supradictam, tunc prefati milites pignora eiusdem officiati cum honore et absque omni inpedimento attemptare poterunt et valebunt. Et in testimonium premissorum damus presentem li*tt*eram presentibus militibus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno domini MCCCXX [1]) primo, in octava penthecostes. 5

Solmser kopialbuch. Darmstadt.

1321 juli 31.

232. *Das stift Aschaffenburg verpachtet Heilmann, dem sohne Friedrichs von Bischofsheim, erblich die stiftsgüter zu Bischofsheim.* 1321 *juli* 31.

Nos iudices ecclesie Aschaffenburgensis recognoscimus nos litteras 10 infrascriptas non cancellatas, non abolitas neque rasas sub vero sigillo capituli ecclesie Aschaffenburgensis predicte vidisse et legisse in hec verba: Nos decanus et capitulum ecclesie Aschaffenburgensis recognoscimus tenore presencium profitentes, quod nos locare decrevimus et hereditario iure locamus simpliciter in hiis scriptis . . Heyl*manno* 15 filio Friderici de Byschovisheym et suis heredibus universis bona nostra in Byschovisheym et eius terminis sita, videlicet medietatem curie nostre cum agris et vineis pertinentibus ad eandem, videlicet quinquaginta septem iugeribus agrorum et tribus vinearum, iuste locacionis titulo iure hereditario perpetue possidendam pro novem octa- 20 libus siliginis Frankenfordensis mensure infra duo assumpcionis et nativitatis gloriose virginis festa in Frankenfort ipsis per nostrum presencionarium ad hospicium assignandum et deputandum singulis annis in omnem eventum presentandis sub suis periculis, laboribus et expensis. Pro quibus redditibus, ut premittitur, persolvendis reliquam 25 medietatem dicte curie ad ipsum pertingentem nobis pro subpignore et subpignoris titulo obligavit, ita videlicet ut, si dicta curia cum suis appertinenciis in debita cultura et melioracione servata non fuerit aut si pensio minus debite porrigatur, quod extunc ipsum subpignus ad nos libere devolvatur. Premissis eciam adicimus et stare volumus 30 inconcusse, quod unus tantum heredum ipsius Heyl*manni* ydoneus et non plures ipsam possidebit curiam cum omnibus suis appertinenciis indivisam, qui eciam omnia et singula iura dominis terre, advocatis aut aliis quibuscumque de eadem curia et bonis annexis solvenda, danda et servicia ministranda de iure, de consuetudine sive gracia, 35 sive magna fuerint sive parva, dabit, porriget et sine nostro dispendio vel preiudicio persolvet integraliter et conplete. In cuius rei testimonium sigillum nostre ecclesie predicte apposuimus huic scripto.

---

1) vor dem ersten X eine rasur.

Datum anno domini M.CCC.XXI., feria sexta proxima post festum beati Jacobi apostoli. In cuius visionis et lectionis nostre testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum anno et die prenotatis.

In der überschrift heisst es: »*Byschovesheym iuxta Durynkeym*«.
5 Aschaffenburger kopialbuch (Bücher verschied. Inhalts nr. 67) f. 69, Würzburg, kreisarchiv.

233. *König Ludwig bekennt, dass ihm die vier wetterauischen reichsstädte die reichssteuer für die nächsten zwei jahre im voraus bezahlt haben. Frankfurt* 1321 *august* 5. 1321 aug. 5.

10 Wir Ludowich von gots gnaden romischer chunig ze allen zeiten merer dez riches veriehen offenlich an disem briefe, daz uns die bescheiden manne, die pûrger von Frankenfûrt, Frideberg, Weflar und Geylenhûsen, unser lieben getrewen, der stewer, die si uns und dem riche schuldich sein von sand Martins tag, der nû schirest chûmt, 15 und von dannen uber zwei iar, die nach einander geen, ietz̊ gar und gæntzlich gewert haben, und sagen si von demselbn sand Martins tag und von dannen uber zwei iar aller stewer ledich und loz. Und swenne die zwei iar auz chûmen, so seint si uns und dem riche auf denselbn sand Martins tag, als die zwei iar auzgeent, irre stewer 20 wider gepûnden. Daruber zû urchûnd geben wir in disen brief mit unserm insigel versigelt. Der gegeben ist zû Frankenfûrt, an sand Oswaldes tag, do man zalt von Crists gebûrt dreutzehenhûndert iar darnach in dem ainen und zweintzigistem iare, in dem sibenden iare unsers riches.

25 Orig.-perg. Das majestätsiegel ist vorzüglich erhalten. Frankfurt, stadtarchiv, Privilegien K 8. BR 448.

234. *Ulrich herr zu Hanau vermittelt mit anderen herren einen vergleich zwischen Schenk Eberhard dem älteren von Erpach einerseits und Eberhard von Bruberg, Conrad Schenk von Erpach, Ul-* 30 *rich und Gotfrid von Bickenbach andrerseits, verpflichtet sich, falls eine partei den vertrag breche, der vertragstreuen partei zu helfen und hängt sein siegel an die von abt Heinrich von Fulda über die sühne ausgestellte urkunde.* 1321 *august* 9. 1321 aug. 9.

Geben da man zalte nach gots geburt tusend iar druhundert[1]) 35 iar darnache in dem ein und zwentzkschen (!) iare, am sant Laurencien abende des märtelers.

Gedr.: Schneider, Historie und Stamm-Tafel des Hoch-Gräflichen Hauses Erbach, Urk. 62.

1) »denhundert« vorl.

1321 dec. 17.

235. *Reinhart von Weilnau gelobt, Ulrichen II von Hanau von einer übernommenen bürgschaft zu lösen und setzt ihm das haus Birstein zum pfande.* 1321 *december* 17.

Ich Reinhart von Wilnowe bekenne und tůn kunt allen den, di disen brîf lesen, horen oder sehen, daz ich dem ediln manne Ulrichin herre zu Hanowe mime liben neven globt han und globe an disem brife zu losen ane schaden, alz er sachwalde und burge vur mich worden ist vur sechzic mark gein dem ersamen rittir hern Richarte von Muschschinheim. Wer aber, daz er zu keime schaden davon quemme, daz sol der vorgenante Ulrich min neve warten uf daz hůs zu Birsinstein; und wer min amptman da ist, der sol dazselbe huz zu Birsinstein inne haben von mins neven wegen von Hanowe glychirwise, alz er ez itzunt inne hat von mine wegen, alz lange, biz daz dem vorgenante . . Ulrichin von Hanowe mime neven schade und heupgelt wirt vurgolden. Dez zu eime gezucnusse gebe ich dem vorgenante Ulrichin disen brif besigilt mit mime insigil. Der gegebin wart, da man zalte von Cristes geburt tusent iar druhundirt iar in dem ein und zwenzigisten iare, an dem nesten donrstage nach sente Lucie tage.

Orig.-perg. Das grüne siegel ist gut erhalten. Auf dem wappen ein aufrechter, rechts gewendeter löwe mit zweigetheiltem schwanze und einem den kopf deckenden helme, rechts und links vom schilde mond und stern (?). Umschrift: ✝ S'REINARDI · CLI · DE · WILNAVE. Hanauer Urkunden, Auswärtige Beziehungen.

1322 febr. 14.

236. *Das kloster Meerholz überlässt Eckharden von Bleichenbach und seiner frau Kunza ein haus in Gelnhausen gegen eine jährliche abgabe.* 1322 *februar* 14.

Nos Sophya magistra, priorissa totusque conventus monasterii in Myroldis profitemur in hiis scriptis, quod nos domum in opido Geylnhusen iuxta superius estuarium sitam, quam strennuus miles Ekhardus dictus de Bleychinbach et Kůnza uxor eius legitima apud Sophyam de Hasela c*om*paraverant, eisdem coniugibus Ekhardo et Kůnze ac aliis personis, quibus eandem domum post obitum ipsorum duxerint legandam, committendam vel donandam, concessimus et presentibus concedimus pro annuo censu sex solidorum denariorum levium et bonorum conventui nostro pro remedio animarum dictorum coniugum et suorum antecessorum tempore quolibet solvendorum, cum quibus sex solidis, postquam decesserint, anniversarium eorundem in perpetuum sollempniter peragemus[1]. Promittentes bona fide, quod nec ipsos nec

1) »peragentes« orig.

alias personas, in quarum potestate dicta domus post obitum sepedictorum coniugum translata fuerit, nunquam ad solucionem census, quam ut predicitur, conpellemus anpliorem. Et nos predictus Eckehardus miles damus[1]) sepedictis dominabus presens scriptum sigilli nostri munimine in testimonium omnium premissorum firmiter roboratum, reservantes nobis aliam eiusdem tenoris sigillo predictarum dominarum conmunitam. Dat*um* anno domini M°CCC°XXII°., in die beati Valentini martiris.

Orig.-perg. Das siegel fehlt. Büdingen.

237. *Die stadt Gelnhausen bekennt, dass die deutschen herren von Sachsenhausen ihren antheil an einer mühle zu Gelnhausen an Johann von Crainfeld in erbleihe gegeben haben.* 1322 *april* 19.

1322 april 19.

Wîr dîr (!) schultheize, dye scheffen unde dye ander raytlude gemeynliche zů Geilnhusen bekennen ůffinliche an disme geginworthegen brîve vor allen den, dẙ yen horen adir sehen lesen, daz bruder Kraft eyn kummedůr unde ander dye bruder gemeynliche des duhszenhuses zů Sassenhusen bi Frankinford vor uns eyndrethecliche unde mit eynmůtlichem rayde unde willen han gelehen unde lihen auch an dysme brîve ir rayt an dyer wasemůlin zů Geylnhusen mit deme vîrdigem deyle derselben můlen in allen deme nůtze unde in allen deme rehte unde mit aller dyer gewalt, alse sye iz bizher gehabit unde beseszen han, deme ersam manne Johanne von Creynfeld unserm mẙdescheffene, Dynen siner elychen wirthen unde allen îren erben zů rehteme erbe ewecliche zů besitzene umme nůn maldir gudis kornes unde zwey maldir gudis weizes, damyethe man eynen yelichen man paht weren mag, yen unde irme huse en allerleye hyndernůsse ewecliche zů reychene unde zů entworthene zuhsschen den zweyn unser frowen dagen, alse sye zů hymel fůr unde geboren wart. Des hat yen derselbe Johan unde sin frowe von yen unde irre erben wegen zů underpande gesetzet eyne halbe marg geldis ůf deme huse, da Nyclas Becker inne wonit, an unserm nẙdersten mårkethe unde zwa schirnen auch da gelegen under eyme dachche, der eyne Fritze Hollendir besitzet unde dẙ andern Conrad Hohinrådyr; also bescheydeliche, wan man yen dẙ vorgenanthen gulde nyht entworthe, also davor beschrẙben ist, sa sollen sye iz warthen zů deme rayde unde deme vẙrdigem deyle der můlen unde zů den vorgenanthen underpanden, also lange, biz yen ir vorbeschrẙben gulde genzliche unde alzemale gereychet wirt. Unde geben des den vorgenanthen brudyr

1) »dantes« orig.

Krafthe unde den andern brůdern des vorgesprochen huses durch bethe der vorgeschrîben Johannis, Dynen unde îre erben dẙsen brẙf besygelt mit unserm grozen ingesygele durch eyn bezůkenůsse aller dyrre vorgenanthen dinge. Der ist gegeben, da man zalthe nach godis gebůrthe drůzenhundert iar in deme zwey unde zwenzgestem iare, an dem mayndage vor sente Georien dage des mertheleres ....

Orig.-perg. Das siegel ist stark beschädigt. Stuttgart, staatsarchiv.

1322 juli 11.

238. *Genannte erzbischöfe und bischöfe verleihen der pfarrkirche zu Hanau eine indulgenz. Avignon 1322 juli 11.*

Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere pervenerint, nos miseracione divina *Guilhelmus sancte Juste, Petrus Civitatis Nove, Matheus Duracensis archiepiscopus, Stephanus Lubucensis, Franciscus Ravalensis, Guillelmus ad partes Tartarorum, Zacharias Suacinensis, Egidius Andrinopolensis, Petrus Narniensis et Johannes Retrehensis episcopi, salutem in domino.* Splendor paterne glorie, qui sua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium in sua clementissima maiestate sperancium tunc precipue benigno favore prosequitur, dum ipsorum devota humilitas sanctorum suorum meritis et precibus adiuvatur. Cupientes igitur, ut (ecclesia parrochialis in Haynowe in honorem beate Marie virginis dedicata, capelle) et altaria sanctarum[1]) (Marie Magdalene et Barbare) in dictis (capellis) congruis honoribus frequententur et a Christi fidelibus iugiter venerentur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam et altaria in festivitatibus ipsorum sanctorum, in dedicacione ecclesie et altarium necnon in omnibus festivitatibus nativitatis domini nostri Jhesu Christi, videlicet circumcisionis, epiphanie, palmarum, parasceves, resurreccionis, ascensionis, pentecostes, invencionis et exaltacionis sancte crucis et in die corporis Christi ac in omnibus et singulis diebus dominicis et in omnibus festivitatibus gloriose semper virginis Marie, Johannis baptiste, Michaelis archangeli, beatorum Petri et Pauli ac aliorum omnium apostolorum et ewangelistarum, sanctorum Stephani, Laurencii, Dyonisii, Mauricii martirum, beatorum Martini, Nycholai, Benedicti, Antonii confessorum, sanctarum Marie Magdalene, Katharine, Margarete, Barbare, Lucie, Agnetis, Ursule virginum, undecim milium virginum ac in die beate Anne et in die omnium sanctorum ac in commemoracione omnium animarum, per adventum domini, omnibus diebus quadragesime, quatuor temporum et per octavas dictarum festivitatum octavas habencium causa devocionis, peregrinacionis vel oracionis

1) verändert aus »sanctorum«.

accesserint,[1]) . . . . dicte ecclesie et altaribus quicquam suarum legaverint facultatum seu qui corpus Christi vel oleo sacro, cum portentur infirmis, devotam fecerint comitivam[2]), et qui in serotina pulsacione campane flexis genibus ter Ave Maria devota dixerint aut qui cymiterium dicte ecclesie circuerint pro animabus ibidem sepultorum et omnium fidelium defunctorum oracionem dominicam cum salutacione angelica pia mente et devote dixerint seu qui pro anima *nobilis viri Ulrici domini de Hanouwe,* militis, uxoris sue et omnium parentum suorum, aut qui ad fabricam luminaria, ornamenta et alia necessaria sacerdotum et altarium dicte ecclesie manus suas porrexerint adiutrices ac qui infra missam, dum nominatur nomen domini nostri Jhesu Christi et gloriosum nomen beate Marie virginis, capita sua inclinaverint vel genua sua flexerint saltim cordis seu qui in sepultura, septima et tricesima die ac in anniversario dicti militis, uxoris sue et omnium parentum suorum interfuerint, oracionem dominicam cum salutacione angelica pia mente dixerint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli nostrum singulas dierum quadragenas de iunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus, dummodo loci . . *archiepiscopatus (!) Maguntinensis,* ubi dicta ecclesia consistit, voluntas ad id accesserit et consensus. In quorum omnium testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum iussimus appenssione muniri. Datum Avinione apud sedem apostolicam, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, XI.[3]) die mensis Julii, indictione quinta, pontificatus domini Johannis pape XII. (!) anno sexto.

Die worte zwischen sternen sind von zweiter hand, die eingeklammerten von dritter hand nachgetragen.

Orig.-perg. Für die rothen siegel sind bunte leinen- und seidenschnüre durchgezogen, doch sind nur noch III, IV und V vorhanden; das des bischofs Stephan ist spitzoval und stark beschädigt, die der beiden andern nur bruchstücke. Am anfange der urkunde befindet sich ein einschnitt, um die bestätigungsurkunde des erzbischofs von Mainz anzuhängen. Hanauer Urkunden, Pfarrkirche zu Hanau.

239. *Genannte Mainzer domherrn fordern im auftrage des erzbischofs Mathias von Mainz die geistlichen der diöcese auf, die Antoniter bei ihren geldsammlungen zu unterstützen.* 1322 sept. 3.

1322 *september* 3.

Emelricus de Rudensheim, Theodricus de Katzenelleboyn et Johannes de Fontenis, canonici maioris ecclesie Moguntine, a reve-

1) lücke im pergament und unleserliche buchstaben. 2) die drei letzten worte sind undeutlich. 3) ursprünglich »V« oder »VI«.

rendo in Christo patre ac domino . . domino Mathia dei gracia sancte Moguntine sedis electo decanatu in eadem ecclesia Moguntina vacante specialiter in hac parte deputati, universis . . abbatibus, prepositis, . . prioribus, . . officialibus, . . viceprepositis, . . archipresbiteris, . . pastoribus, . . capellanis, . . vicariis ecclesiarum et capellarum rectoribus in civitate et dyocesi Moguntinis constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino sempiternam. Auctoritate sedis apostolice necnon auctoritate domini nostri domini Mathie electi Moguntini predicti nobis in hac parte specialiter commissa vobis . . prelatis firmiter ac etiam vobis aliis sacerdotibus sub pena suspensionis officii precipimus et mandamus, quatinus . . nuncios sancti Anthonii exhibitores presencium, cum ad vos Christi fidelium elemosinas venerint petituri, sine omni contradictione recipiatis decenter et favorabiliter pertractetis. Specialiter autem vobis omnibus et singulis auctoritate predicta precipimus et mandamus, quatinus omnes parrochianos vestros ad diem et horam, quos lator presentium vobis nominaverit, convocetis iniungentes[1]) ipsis in remissionem peccatorum suorum, ut ob laudem dei, gloriose virginis Marie beatique Anthonii ad ecclesiam veniant ibidem mansuri, donec negocium beati Anthonii propositum fuerit solempniter et peractum. Volumus etiam, ut ab ipsis nunciis quidquam nullatenus extorqueatis, preter quod vobis de sua libera conferre voluerint voluntate. Si quis autem huic mandato nostro ausu temerario contradixerit aut inobediens fuerit vel rebellis vel etiam huius sancte indulgencie denigrator extiterit aut turbator, precipimus, ut clericus a divinis suspensus et laycus excommunicatus ad diem, quem lator presencium assignaverit, coram nobis compareant de tali inobediencia debita pena puniendi. Ipsos etiam nuncios, sicut in litteris suis vidimus contineri, cum nolis pulsantibus sine omni molestia recipiatis. Preterea ad promocionem hospitalis sancti Anthonii predicti quedam ex autentico domini . . pape vidimus et legimus caritati vestre innotescenda et in hiis decrevimus litteris inserenda sub hac forma: Innocentius episcopus servus servorum dei universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem; et infra: Nos autem de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate ac etiam ea, quam nobis dulsit (!), potestate confisi omnibus, qui de facultatibus suis ipsis subvenerint et in tam sancta fraternitate statuerint se collegas eisque beneficia prestiterint annuatim, septimam partem iniuncte[2]) eis penitencie auctoritate apostolica relaxamus; statuentes, ut hiis, qui eorum

---

1) im originale steht »iningentes«. 2) im originale »inincte«.

fraternitatem assumpserint, si ecclesie, ad quos pertinent, fuerint interdicte et si ipsos mori contigerit, excommunicatis tamen et nominatim interdictis ac publice usurariis exclusis, sepultura ecclesiastica non negetur. Receptores quoque fraternitatis et collectorum ipsorum salvo
5 iure dominorum suorum sub beati Petri et nostra recipimus protectione, statuentes, ut si qui fratrum, qui ad easdem fraternitates missi fuerint vel collectas in quamlibet civitatem vel castellum, in eorum iocundo adventu semel ecclesie aperiantur annuatim, excommunicatis vero et nominatim interdictis eiectis ibidem ipsi sacerdotes divina celebrabunt.
10 Et super elemosinis petendis verbum exhortacionis ad populum proponatur. Datum sub sigillis nostris, videlicet fabrice et ad causas, anno domini M.CCCXXII., tercio non. Septembr*is*, presentibus post annum minime valituris.

Orig.-perg. Bruchstücke der zwei grünen siegel. Wiesbaden, staatsarchiv,
15 Antoniter.

240. *Die Johanniter von Rüdigheim verkaufen dem kloster Schmerlenbach eine korngült zu Ravolzhausen. 1322 oktober 14.*

1322 okt. 14.

Nos frater Helphricus in Rudinkeim commendator, per Wetrebiam magistri ordinis sancti Johannis Jerosolimitani vices gerentes, Walterus
20 plebanus seu prior totusque conventus [1]) dicte domus . . recognoscimus tenore presencium publice profitentes tam presentibus quam futuris, prehabita deliberacione matura, nobis omnibus congregatis in unum, unanimi consensu, nullo penitus contradicente, propter evidentem necessitatem et utilitatem domus nostre predicte pro L marcis dena-
25 riorum [1]), tribus hallensibus pro denario computatis, legalium et bonorum, vendidisse iusto vendicionis titulo adhibitis sollempnitatibus debitis et consuetis nostri nomine et domus nostre supradicte religiosis personis Arnoldo preposito, Methildi abbatisse totique conventui monasterii in Smerlenbach dyocesis Moguntine ordinis sancti Benedicti
30 nomine monasterii sui predicti X maldra [2]) siliginis Geylenhusensis mensure annue pensionis perpetue possidenda super curia nostra et suis pertinenciis Ravolshusin [3]) iuxta cimiterium sita per nos ipsis presentanda seu ducenda cum nostris vecturis, periculis et expensis in oppidum Geylenhusen ad locum, quem nobis decreverint assignare.
35 Quam summam pecunie recognoscimus similiter nobis numeratam, traditam et solutam necnon integraliter in utilitatem domus nostre conversam, renunciantes excepcioni pecunie non solute, actioni doli mali,

---

1) fehlt bei Würdtwein. 2) »maldris« Würdtwein. 3) »Rinolshusin« Würdtwein.

iuri (!) et omni alteri iuris auxilio canonici vel civilis, per quod deceptis subvenitur. Recognoscimus etiam nomine quo supra ipsum dominum Arnoldum prepositum predictum nomine sui monasterii sepedicti misisse in possessionem predictorum X maldrorum in ipsa curia supradicta iuxta terre nostre conswetudinem debitam et consewetam. Testes huius contractus sunt: Hartmannus Dauweler in Selbolt, Wolframus de Smerlenbach et Heinemannus dictus Schelme. In quorum robur et testimonium evidens sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum anno domini M.CCCXXII.[1]), in die Kalyxti gloriosi (!).

Gedr.: Würdtwein, Diplomataria I 383.

1322 nov. 18.

241. *Nicolaus Stummelwecke und Gisela seine frau bekennen, dass sie ihre hofstatt mit zubehör in Bockenheim von dem weissfrauenkloster zu Frankfurt in erbleihe erhalten haben.* 1322 *november* 18.

Ich Nycolas Stummelwecke und Gysela min eliche wirtin dûn allin den kund, die dyesin gegenwortegin brif angesehen adir gehorin lesin, daz wir han eyne hovestad, die da geheizin ist der Beringerin hof, ein firteil unde fir hûbe, des sint nun morgen wŷsin unde daz ander ist ardhaft ackir unde ist dingplihtig gud unde horit in den dynghof zû Buckinheym der herrin fon Bruningisheim unde ist auch gelegin in des dorfis termenunge zû Buckinheim, ane fir morgin, die sint gelegin uffe Frankenfurter felde, zu rehtem erbe fon den Wizin frauwen zû Frankenford sancten Marien Magdalenin ordinis umme firundzwenzig[2]) ahteil kornis ierlichis pahtis. Und sal in den entwurten zû Frankinford uf eyn hus, welichez sie wollin, mit unsir kost unde unser erbeyt ane ierin schadin; her, hal unde gemeyn lantmiswas uzgesheydin ist, mit solicheme undirsheyde, daz wier daz vorgenante gud sullin ferriehten den forgenantin herrin von Brunegisheim fur reht unde fur unreht, alse des hofes hûbenere deilint, ane der forgenantin frauwen shadin. Unde durch daz, daz die forgenantin frauwen ieris pahtis deste sichir sin, des han wir unse hus in der Hellirgazzin unde dazselbe forgenante gûd den frauwen gesazt zû undirpande, obe wir hindirstellig wurdin, daz sie daz gud ufholin sollin in deme hove unde daz hus in der stad unde sollin damiede dûn alliz, daz sie wollin, ane unser unde allir unsir erbin wiedirsprache. Zû stedeme urkunde han ich Nyclas unde Gysele min eliche wirtin unse herrin fon Frankenford gebedin, daz sie ir yngesygele

1) »M...XXII« Würdtwein. 2) »firundzenzig« orig.

den frauwen an diesin bryf gehangin han. Wir sholtheyze unde sheffenin fon Frankinford durch bede willin Nyclasis unde Gyselin, unsir burgere, han wir unsir yngesygele an dyesin bryf gehangin. Dirre brief ward gegeben, da man zalte fon godis geburte dusint iar dru-
5 hundirt iar in deme zweyundzwenzegistin iare, an sancte Martinis ahte.

Orig.-perg. Das grüne stadtsiegel ist deutlich, aber sehr beschädigt. Frankfurt, stadtarchiv, Weissfrauenstift. 17A nr. 2.

242. *Gottfried von Eppstein, domcustos und propst von s. Peter zu Mainz, bezeugt die verhandlungen zur besetzung der pfarrstelle*
10 *in Praunheim, deren patronat streitig war.* **1322 december 30.** 1322 dec. 30.

Gotfridus de Eppinstein custos maioris et sancti Petri prepositus ecclesiarum Moguntinarum recognoscimus, quod anno domini M°.CCCmo. vicesimo secundo, kalendis Decembris in consistorio ecclesie Moguntine, hora diei quasi tercia, in nostra presencia constituti Walkimus
15 vicarius in ecclesia Moguntina, asserens se procuratorem Bartholini de Canali prepositi ecclesie Moguntine predicte, et Waltherus de Velden clericus Treverensis diocesis, se asserens ad parrochialem ecclesiam in Prumheim per eundem dominum prepositum presentatum, quasdam appellaciones interponere voluerunt. Quibus per nos habitis et perlectis
20 ipsarum copiam petivimus nobis dari, quam tamen tunc nobis tradere non curarunt, iurantes tacto libro ewangeliorum, quod omnia et singula in appellacionibus contenta Walkimus et Waltherus credunt esse vera et ea posse probare, petentes eciam apostolos, presentibus Eberhardo de Lapide, Hartrado Wildegravio, Jacobo de Treveri et dominis de
25 Waldecke et Kempenich, canonicis Moguntinis, Dilmanno dicti (!) Festi, magistro Heinrico de Aldendorf canonico Wormaciensi et Cunrado de Geysmare clerico, C. de Dyppach et Gerlaco de inferiori Ulmena. Postmodum vero vicesimo sexto die mensis eiusdem nobis tradiderunt copiam earundem tenoris et continencie subsequentis: Datum per copiam.
30 Quia vos, domine reverende domine Gotfride de Eppinsteyn preposite ecclesie sancti Petri Moguntine, ad quem pertinet rectores ad ecclesias parrochiales infra terminos vestre preposriture ecclesie predicte sitas de novo investiendos investire et in corporalem possessionem ipsorum ac iurium et pertinenciarum earundem inducere, facta vobis sepius cum debita
35 instancia per me Walkimum vicarium in ecclesia Moguntina procuratorem et procuratorio nomine venerabilis viri domini Bartholini de Canali prepositi Moguntini in Romana curia commorantis, veri ecclesie parrochialis in Prumheim site infra terminos dicte vestre preposriture patroni, ad quem ius presentandi ad eandem ecclesiam in Prumheim
40 ratione sue prepositure Moguntine noscitur legittime pertinere, et pro

ipso domino meo peticione legittima in hec verba: Cum vos, domine reverende domine Gotfride de Eppinsteyn preposite ecclesie sancti Petri Moguntine, alias ut dicitur super presentacione, quam Crafto filius discreti viri Emmerchonis sculteti civitatis Moguntine de se per decanum et capitulum ecclesie Marie virginis et Georii beatorum in Frankenford ad ecclesiam parrochialem in Prumheim sitam infra terminos vestre preposituro predicte vobis factam esse asserebat, ut dicitur, et super simili presentacione, quam Wernherus archipresbiter vicarius in Ursele de se per Wolframum vicedominum in Aschaffenburg militem vobis esse factam eciam asserebat, ut dicitur, ad ecclesiam parrochialem eandem, eisdem Craftoni et Wernhero ac aliis, quorum interesset, feriam quintam post assumpcionem beate Marie virginis proxime preteritam infra ecclesiam Fritschlariensem sitam extra terminos dicte vestre prepositure, eciam ad duas dietas vulgares et ultra terminum, ut dicitur, prefixeritis ac ipsos et quemlibet eorum citaveritis in eundem ad comparendum in ipsa ecclesia Fritschlariensi coram vobis de iure suo legittime vos docturos, licet in dicto loco Fritschlariensi ex premissis et de premissis ut iudex minime possetis cognoscere. Quo termino predicto pendente cognicionem predictorum domino cantori dicte ecclesie Fritschlariensis sub certa clausula, ut dicitur, commisistis, quamquam modo simili commissionem huiusmodi extra terminos dicte vestre prepositure in dictum locum Fritschloriensem facere minime vos possetis. Ad quem nichilominus terminum predictum, licet ex premissis et aliis in iure minime subsistentem ego Walkimus procurator et procuratorio nomine venerabilis viri domini mei Bartholini prepositi Moguntini tunc et adhuc in Romana curia commorantis, utpote eius, cuius vere intererat et interest, tanquam veri patroni dicte parrochialis ecclesie in Prumheim, comparuit (!) et quasdam legittimas excepciones ipsi domino cantori contra dictam vestram commissionem et locum predictum proposuit cum quibusdam protestacionibus annexis, ob quas ipse dominus cantor dictum negocium vobis remisit in eo statu et modo, in quo id sibi per vos fuerat delegatum, vobis etiam in litteris remissionis huius expressam de dicto domino meo preposito et eius deffensione seu interesse in hac parte faciens mencionem. Et cum dictus dominus meus Bar. prepositus Moguntinus verus parrochialis ecclesie in Prumheim predicte existat patronus et ius presentandi ad eandem ecclesiam racione preposituro Moguntine ad eum legittime noscitur pertinere ac ipse vobis discretum virum Waltherum de Velden clericum Treverensis dyocesis ad eandem ecclesiam parrochialem in Prumheim vacantem de iure et de facto canonice presentaverit, supplico vobis ego Walkimus vicarius in ecclesia Moguntina, procurator et procuratorio nomine

dicti domini mei prepositi Moguntini et pro eo, quantum[1]) debeo et possum, instancia debita, quatenus vocatis, si et prout de iure fuerit, Craftone et Wernhero predictis ac aliis quibuscumque, qui sui crediderint interesse, me Walkimum predictum procuratorem nomine quo 5 supra ad docendum et ostendendum legittime coram vobis de interesse et iure ipsius domini mei prepositi sibi in presentacione seu iure patronatus ecclesie in Prumheim predicte legittime[2]) competentibus et ad deffensionem eiusdem iuris sui legittimam contra quoscumque, si qui sunt, qui de ipso indebite se ingerunt, admittatis et presentacionem 10 predictam per ipsum dominum meum de prefato Walthero ut predicitur canonice factam vobis recipientes de iure ipsius domini mei[3]) in hac parte et presentacionis huius per ipsum facte ac ipsius presentati sui predicti necnon et de iure aliorum conpresentatorum et oppositorum quorumcumque, siqui fuerint, se minus debite ingerencium legittime 15 cognoscatis et in dicto negocio procedatis, prout de iure fuerit, prefatum Waltherum per ipsum dominum meum ut predicitur presentatum, premissa super hoc cognicione debita et aliis sollempnitatibus consuetis et debitis adhibitis circa hoc, de qua (!) ipsa ecclesia ad eiusdem domini mei presentacionem utpote canonicam investientes et facientes 20 ipsum pacifica possessione ipsius ecclesie gaudere ac sibi de fructibus, proventibus et iuribus universis eiusdem ecclesie integre responderi, prout hoc ad vestrum officium de iure vel consuetudine noscitur pertinere. Cum vos, domine reverende etc., me Walkimum procuratorem predictum nomine quo supra, ut premittitur, ad ostendendum vel 25 docendum legittime coram vobis de interesse et iure dicti domini mei prepositi sibi in presentacione seu iurepatronatus ecclesie parrochialis in Prumheim predicte competentibus et ad deffensionem legittimam eiusdem iuris sui, ut predicitur, admittere necnon et presentacionem predictam per ipsum dominum meum prepositum vobis canonice factam 30 per me quo supra nomine ac eciam per ipsum Waltherum presentatum vobis sepius exhibitam nondum recipere, sed eciam vobis legendam audire et ad ipsam, sicut ad vestrum spectat officium, vos velle ad presens vel in futurum quicquam facere ac omnia et singula per me nomine quo supra in dicta peticione contenta a vobis legittime et cum 35 debita instancia sepius petita expresse contra iusticiam penitus recusastis et adhuc expresse recusatis simpliciter et in toto; item quia, ut dicitis, Wernherum vicarium in Ursela, archipresbiterum predictum, ad presentacionem prenominati Wolframi vicedomini in Aschaffenburg militis,

1) »quanto« orig. 2) hier sind ausgestrichen die aus dem vorigen falsch 40 wiederholten worte: »coram nobis interesse et. i. i. d. m.« 3) hiernach »prepositi« ausgestrichen.

non patroni dicte ecclesie in Prumheim nec quicquam penitus[1]) iurispatronatus eiusdem ecclesie habentis, de eadem ecclesia nulla penitus dicti domini mei prepositi Mogunt*ini* veri ut predicitur ipsius ecclesie patroni — cuius tamen procurator et procuratorio nomine ipsius tanquam eius, cuius de iurepatronatus eiusdem ecclesie vere intererat et interest, al*ias* ut premittitur ad terminum per vos in dicto negocio in ecclesia Fritschlariensi prefixum, licet in iure minime subsistentem, comparuit in ipso negocio et ut predicitur excepciones proposuit. Ob quas . . cantor Fritschlariensis dictum negocium vobis remittendo de ipso domino meo preposito et eius deffensione seu interesse in hac parte vobis fecit expressam in litteris remissionis huius mencionem, et cuius domini mei interesse ex premissis et al*ias* nullatenus vos latebat nec latere debebat — nec aliquorum, qui sua de dicta ecclesia in Prumheim et iurepatronatus ipsius crederent interesse, vacacione legittima et a iure debita super hoc premissa et iure dicti domini mei veri patroni penitus incognito et inaudito nec penitus ulla eciam de iure dicti Wolframi vicedomini in Aschaffenburg, si quod ius idem Wolframus in ipsa ecclesia in Prumheim seu iuspatronatus ipsius se habere pretenderet, quod tamen non creditur, cum in veritate non habeat, et pretextu cuius iuris ipse Wolframus presentacionem de persona prefati Wernheri ad ipsam ecclesiam in Prumheim fecisse aliqualiter potuisset, ut de iure et presentacionis huius, si quam fecisset, aut eciam ipsius Wernheri presentati ut dicitis iure et ydoneitate legittima cognicione nec aliqua alia sollempnitate debita et consueta ad hoc adhibita de facto contra iusticiam clam et surrepticie investivistis seu pocius ad ipsam ecclesiam intrusistis. Ideo ego Walkimus procurator et procuratorio nomine domini mei prepositi Mogunt*ini* senciens dictum dominum meum et ius suum et me suo nomine ex premissis et per ea per vos indebite pregravari, gravatos esse ac per ea vel ex eis seu altero eorum plus posse gravari verisimiliter in futurum, ex ipsis vel eorum altero, quod sufficit seu sufficere poterit, ad sedem apostolicam in hiis scriptis procuratorio nomine dicti domini mei et pro ipso ac sibi adherentibus provoco et appello et apostolos instanter, instancius et instantissime, si quis est, qui eos de iure dare debeat, peto michi dari, subiciens etc., invocans etc. Juro etc. — Item datum per copiam. Quia vos, domine reverende domine Gotfride de Eppinsteyn preposite ecclesie sancti Petri Moguntine, ad quem pertinet rectores ad ecclesias parrochiales infra terminos prepositure vestre ecclesie sancti Petri predicte sitas de novo investiendos investire et

1) hiernach steht im originale noch »iuris«.

in corporalem possessionem ipsarum et iurium et pertinenciarum[1]) earundem inducere, facta vobis sepius cum instancia debita per me Waltherum de Velden clericum Treverensis dyocesis ad ecclesiam parrochialem in Prumheim sitam infra terminos vestre prepositure per venerabilem virum dominum Bartholinum de Canali prepositum Moguntinum, verum eiusdem ecclesie parrochialis patronum, ad quem ius presentandi ad ipsam ecclesiam parrochialem racione sue prepositure Moguntine noscitur legittime pertinere, vobis canonice presentatum peticione legittima in hec verba: Cum vos, domine reverende domine Gotfride de Eppinstein preposite ecclesie sancti Petri Moguntine, alias ut dicitur super presentacione, quam Crafto filius discreti viri Emmerchonis sculteti civitatis Moguntine de se per .. decanum et capitulum ecclesie Marie virginis et Georii beatorum in Frankenford ad ecclesiam parrochialem in Prumheim sitam infra terminos vestre prepositure vobis factam esse asserebat, ut dicitur, et super simili presentacione, quam Wernherus archipresbiter vicarius in Ursele de se per Wolframum vicedominum in Aschaffenburg militem vobis esse factam eciam asserebat, ut dicitur, ad ecclesiam parrochialem eandem, eisdem Craftoni et Wernhero er aliis, quorum intererat, feriam quintam post assumpcionem beate Marie virginis proxime preteritam infra ecclesiam Fritschlariensem sitam extra terminos dicte vestre prepositure eciam ad duas dietas vulgares et ultra terminum prefixeritis et ipsos ac quemlibet eorum citaveritis in eundem ad comparendum in ipsa ecclesia Fritschlariensi coram vobis, de iure suo legittime vos docturos; licet in dicto loco Fritschlariensi ex premissis et de premissis ut iudex minime possetis cognoscere; quo termino predicto pendente cognicionem predictorum domino cantori dicte ecclesie Fritschlariensis sub certa clausula, ut dicitur, commisistis, quamquam modo simili commissionem huius extra terminos dicte vestre prepositure in dictum locum Fritschlariensem facere minime vos possetis. Ad quem nichilominus terminum predictum, licet ex premissis et aliis in iure minime subsistentem, procurator et procuratorio nomine venerabilis viri domini Bartholini prepositi Moguntini tunc et adhuc in Romana curia commorantis, utpote cuius vere intererat et interest, tanquam veri patroni dicte parrochialis ecclesie in Prumheim, comparuit et quasdam legittimas excepciones ipsi domino cantori contra dictam vestram commissionem et locum predictum proposuit cum quibusdam protestacionibus annexis. Ob quas ipse dominus cantor dictum negocium vobis remisit in eo statu et modo, in quo id sibi per vos fuerat delegatum, vobis in litteris remissionis

---

1) »pertinneciarum« orig.

huiusmodi expressam de dicto domino preposito Moguntino et eius deffensione seu interesse in hac parte faciens mencionem. Et cum predictus dominus Moguntinus verus ecclesie parrochialis in Prumheim predicte existat patronus, ad quem ius presentandi ad eandem ecclesiam parrochialem racione sue prepositure Moguntine noscitur pertinere legittime, me Waltherum de Velden clericum Treverensis dyocesis vobis ad dictam ecclesiam parrochialem in Prumheim vacantem et de iure et de facto canonice presentaverit, supplico vobis, quantum possum et debeo, debita instancia, quatenus presentacionem predictam vobis de me canonice factam recipere dignemini et vocantes et vocari facientes, si et prout de iure fuerit, Craftonem et Wernherum predictos ac omnes alios, qui sua crediderint interesse, de iure domini prepositi Moguntini, veri ipsius ecclesie patroni, mei presentatoris predicti ac presentacionis per ipsum, ut predicitur, de me canonice facte et iure meo necnon et de iure aliorum copresentatorum et oppositorum quorumcumque, si qui fuerint, se minus debite ingerencium legittime cognoscatis, in dicto presentacionis negocio, prout de iure fuerit, procedatis, me prefatum Waltherum premissa super hoc cognicione debita et aliis sollempnitatibus debitis et consuetis adhibitis de ecclesia parrochiali predicta ad presentacionem dicti domini prepositi Moguntini vobis, ut predicitur, canonice factam investientes et me pacifica possessione eiusdem ecclesie gaudere et michi de fructibus, proventibus et iuribus universis ipsius respondere (!) integre facientes, prout premissa ad vos noscuntur de iure vel consuetudine pertinere. Presentacionem predictam vobis de me canonice, ut predicitur, factam et vobis per me sepius exhibitam sufficienter cum debita instancia sepius requisitus nondum recipere, sed eciam ipsam legendam[1]) vobis audire et ad eam quamquam (!), prout ad vestrum spectat officium, vos velle ad presens vel in futurum facere necnon de iure dicti domini prepositi mei presentatoris et presentacionis predicte de me vobis facte et meo, prout[2]) ad vos pertinet, cognoscere omniaque et singula per me in dicta peticione a vobis legittime et cum debita instancia sepius petita expresse contra instanciam penitus recusastis et adhuc expresse indebite recusatis simpliciter et in toto. Item quia, ut dicitis, Wernherum archipresbiterum vicarium in Ursele ad presentacionem Wolframi vicedomini in Aschaffenburg, non patroni dicte ecclesie nec quicquam penitus iuris in ipsius ecclesie iurepatronatus habentis, de eadem ecclesia, nulla eciam dicti domini prepositi Moguntini veri ipsius ecclesie patroni, cuius tamen procurator et procuratorio nomine ipsius tanquam eius, cuius de iure-

1) hiervor ist »fcam« durch puncte ungültig gemacht. 2) »prout« doppelt.

patronatus dicte ecclesie intererat et interest, ut predicitur, al*ias* ad terminum per vos in dicto negocio in ecclesia Fritschlariensi prefixum, licet in iure minime subsistentem, comparuit et quasdam legittimas excepciones, ut predicitur, proposuit, ob quas dominus cantor Fritsch-
5 lariensis dictum negocium, ut predicitur, vobis remisit, de ipso domino preposito Mogunt*ino* et de eius deffensione seu interesse in hac parte vobis in litteris remissionis huius expressam faciens mencionem, et cuius domini prepositi specialiter interesse ex premissis et al*ias* nullatenus vos latebat nec latere debebat, nec mei presentati predicti aut
10 aliquorum, qui sua de dicta ecclesia parrochiali et iurepatronatus ipsius crederent interesse, vocacione legittima et a iure debita super hoc premissa et iure dicti domini prepositi, presentatoris mei, veri patroni dicte ecclesie et meo penitus inaudito et incognito nec penitus aliqua eciam de iure dicti Wolframi vicedomini in Aschaffenburg, si
15 quod ius idem Wolframus in ipsa ecclesia in Prumheim seu iurepatronatus ipsius se habere pretenderet, quod tamen non creditur, cum in veritate non habeat, pretextu cuius iuris ipse Wolframus presentacionem de persona prefati Wernheri ad ipsam ecclesiam in Prumheim fecisse potuisset, vel de iure presentacionis huius, si quam fecisset, aut eciam ipsius Wern-
20 heri presentati iure, ydoneitate legittima, cognicione seu alia sollempnitate debita et consueta circa hoc adhibita, de facto et contra iusticiam, clam et surrepticie investivistis seu pocius ad ipsam ecclesiam intrusistis. Ideo ego Waltherus de Velden presentatus predictus, senciens me et ius meum ex premissis per vos indebite pregravari et gravatum esse ac
25 per ea vel ex eis seu eorum altero posse plus gravari in futurum, ex ipsis et eorum altero, quod sufficiet, ad sedem apostolicam in hiis scriptis pro me et michi adherentibus seu adherere volentibus provoco et appello et apostolos instanter, instancius et instantissime, siquis est, qui eos dare debeat, peto michi dari, subiciens me etc., invo-
30 cans etc. Juro etc. Petentibus igitur predictis Walkimo et Walthero apostolos sibi dari prefato vicesimo sexto die nos attendentes mediante consilio peritorum, quod cause, ex quibus interponuntur, frivole sunt seu frustratorie, ipsis appellacionibus non duximus deferendum. Dantes eisdem has nostras litteras vice ac nomine apostolorum in testimonium
35 omnium premissorum. Datum anno domini et mense predictis, tercio kalend. Januarii.

Orig.-perg. Das spitzovale siegel des propstes Gottfried ist sehr beschädigt. Frankfurt, stadtarchiv, Leonhardstift nr. 111.

1323 febr. 22.

243. *Ulrich II von Hanau macht Heinrichen von Kesselstadt zum erblichen burgmann in Hanau und freit darum ihn und seine güter zu Kesselstadt.* 1323 *februar* 22.

Wir Ulrich herre zu Hanauwe erkennen uns uffinlichin mit diesem briffe vor uns und alle unsir erbin und nachkommen, daz wir geeygint und gefrihit han ummer ewiclichin her Heynrich von Kesselstad unsirn liebin getruwen und sin erbin mit allen synen guden, die zu Kesselstad gelegin sin, die uns geguldin und gegebin hat, mit namen: VI hûbe landis und eyn hoff uszgenommen, als hernach geschrebin stet, mit namen: czehin morgen ackers, eyn sehe mit siner zugehorde, eynen halben morgin ackers gein deme Meyne hoffereide und garten in deme dorffe und XXX schill. heller und III heller uff deme. Daz sal der vorgenante her Heynrich von Kesselstad, he adir sin erbin adir wer diesin briff von synen wegin inne hat, von uns und unsir erbin und nachkommen und herschafft[1]), darumb unsir burcman zu sin zu Hanaûwe, he und sin erbin ummer ewiclichin, und daz inphain und virdienen als dicke, als dez not ist, ane geferde. Dez zu eyner stedegen festekeit so han wir Ulrich herre zû Hanaûwe der edelste (!) unsir eygin ingesigel an diesen briff dun hencken. Gegebin nach Cristus geburte driczehenhundirt iar und in drû und czwenczigisten iare, uff sante Petirs dag, als hee uff den stul wart gehabin.

Perg. Das reitersiegel Ulrichs (nr. 1 der siegeltafel) ist am rande beschädigt. Hanauer Urkunden, von Kesselstadt. Da die schrift aus der zeit von etwa 1400 stammt, so ist die urkunde trotz des scheinbar ohne mangel angehängten siegels gefälscht. Gedr.: Rullmann, Geschichte des Pfarrdorfs Kesselstadt 31.

1323 märz 9.

244. *Das kloster Himmelau verspricht, dem Mainzer domkapitel jährlich zwei pfund wachs zu entrichten.* 1323 *märz* 9.

Nos Hedewigis abbatissa totusque conventus monasterii sanctimonialium in Hymelauwe prope Geylenhusen ordinis Cisterciensis Maguntine diocesis recognoscimus publice per presentes et ad universorum has litteras intuencium cupimus noticiam pervenire, quod cum honorabiles viri custos, cantor totumque capitulum ecclesie Maguntine novelle plantacioni, institucioni, structure et edificacioni monasterii in Himelauwe predicti per venerabilem in Christo patrem et dominum dominum Sifridum Curiensis ecclesie episcopum salubriter dotati factis suum consensum adhibuerunt voluntarium et expressum, nos in signum beneficii huiusmodi nobis et nostro monasterio impensi et favorabiliter exhibiti promittimus solempniter in his scriptis, prefatis dominis

1) zu ergänzen etwa »zu lehen han«.

ecclesie Maguntine singulis annis in festo beati Martini hyemalis perpetuis temporibus duas libras cere in omnem eventum dare, solvere et ad civitatem Maguntinam presentare nostris laboribus et expensis, ad id nos et nostrum monasterium solempniter obligantes. In cuius
5 rei testimonium sigillum nostri conventus duximus presentibus litteris appendendum. Datum et actum anno domini MCCCXXIII., VII°. idus Marcii.

Erwähnt: Joannis R. Mog. I 642; gedr.: Gudenus, Cod. Dipl. III 202.

245. *Mechthild v. Waldeck, wittwe herrn Eberhards v. Breuberg,* 1323 april 19.
10 *stattet gemäss der letztwilligen verfügung ihres verstorbenen mannes den Nicolausaltar im kloster Konradsdorf mit einkünften aus.*
1323 *april* **19.**

Unter diesen einkünften werden genannt:

in Hellinstein decem solidi denariorum cum dimidio (et dimidia marca,
15 ubi domina predicta eam decreverit assignare) . . . . . Ut autem huius nostre novelle plantacionis fundacio inconvulsa permaneat atque firma, presentem litteram conscribi fecimus ac nostrorum . . nobilisque viri domini Rudolfi comitis de Wertheim nostri generi necnon famosi domini domini . . de Hainowe nostri amici precordialis sigillorum patro-
20 ciniis roborari. Actum et datum anno domini millesimo CCC^mo^XXIII°., feria tercia ante festum beati Georgii martiris gloriosi.

Orig.-perg. Die siegel fehlen. Rossla, gräflich Stolbergisches archiv. Vollständig gedruckt: Simon III 92 zum 22. april.

246. *Hartmann von Breitenbach und Margarethe seine frau ver-* 1323 juni 2.
25 *kaufen dem kloster Marienborn ihre güter in Marköbel u. a. o.*
1323 *juni* **2.**

Noverint universi presentes literas audituri pariter et visuri, quod ego Hartmannus dictus de Breidenpach et Margreta mea legittima, cives Gelnhusenses[1]), communicata manu, pari voto et unanimi con-
30 sensu iusto vendicionis titulo vendidimus et vendimus in hiis scriptis religiosis in Christo dominabus abbatisse et conventui monasterii Fontis sancte Marie ordinis Cisterciensis Moguntine diocesis omnia et singula bona nostra culta aut inculta, coniunctim aut divisim in villis Marckebel, in Himpach, in Enssheim et in Berckheim ac terminis villarum ea-
35 rundem pro trecentis libris hallensium[2]) preter sex libras hallensium nobis traditis et solutis titulo proprietatis perpetuo pacifice possidenda.

Abweichungen der vorlage: 1) Gelnhausienses. 2) hallensis.

Resignantes eadem bona in manus earundem religiosarum secundum ritum terre nostre et consuetudinem generalem, renuntiantes nichilominus omni iuri, quod nobis ac heredibus nostris in dictis bonis hactenus competebat vel de cetero competere posset, et omni iuri renuntiavimus tam iuris canonici quam civilis ac omnibus exceptionibus, quibus tenor huius instrumenti posset in posterum aliquatenus annullari [1]). Testes huius rei sunt: Henricus cellerarius [2]), Siboldus rector curie in Gelnhusen [3]), Culmannus cappellanus Fontis sancte Marie, monachi in Arnsburg [4]), Siffridus dictus de Breidenpach [5]), Eberhardus filius Gude, Wortwinus Spickelein, Gerhardus Urlauge, scabini predicte civitatis, ac alii quam plures fide digni. In cuius vendicionis, resignationis ac renunciacionis evidens testimonium presens scriptum exinde confectum sigillo civitatis sepedicte obtinuimus roborari. Nos scultetus, scabini, consules ceterique cives recognoscimus, quod ad rogatum Hartmanni et Margrete predictorum [6]) coniugum necnon domine abbatisse et conventus monasterii prenotati presentes literas sigillo nostro duximus roborandas in evidentiam premissorum. Datum et actum anno domini M.III°XXIII., in die beatorum martirum Marcellini et Petri.

Marienborner kopialbuch. Büdingen.

1323 juni 11.

247. *Hertnid von Tafta trägt dem abte Heinrich von Fulda genannte güter als Stolzenberger burglehen zu lehen auf.* 1323 *juni* 11.

Ego Hertnidus [7]) dictus de Taftha miles ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam cupio pervenire, quod ob promocionum et beneficiorum merita gracie specialis a reverendo in Christo patre ac domino domino Heinrico ecclesie Fuldensis abbate michi favorabiliter inpensa per me diligencius considerata bona mea infra descripta cum redditibus, iuribus et requisicionibus eorundem, videlicet quatuor bona in villa Wiprechts et terminis suis sita, annis singulis duas libras et octo solidos hallensium, unum maldrum tritici et unum maldrum avene divisim solvencia, item tria bona in villa Cytolfs et eius terminis sita, unam libram hallensium et unum maldrum siliginis

---

1) amulari. 2) cellarius. 3) Gelnnhausssen. 4) Arnssburgk. 5) Am 24. februar d. j. bezeugten der schultheiss Konrad und die stadt Gelnhausen einen gütertausch zwischen Siegfried v. Br. und den deutschen herren von Sachsenhausen (orig.-perg. Darmstadt, s. v. Wöllstadt). Darin werden genannt: Siegfrieds frau Sophia und seine kinder Jungo, Hartmud, Cusa, Osterlindis und Sophia. 6) »predictarum« vorl. 7) in dem conceptbuche des abtes Heinrichs VI von Fulda (Fulder landesbibliothek mscr. B 6) heisst er »Hertingus«.

solvencia divisim, item in villa Bruninges quedam bona ibidem solvencia sedecim solidos hallensium, item quedam bona in Nova Grûna viginti quatuor solidos hallensium, unum maldrum tritici, unum maldrum avene et unum agnum solvencia, item quedam bona in Lyndenberg sex solidos hallensium, item in Wychelsbach quedam sedecim solidos hallensium, unum maldrum siliginis, unum maldrum avene et unum agnum annis singulis solvencia pro me meisque heredibus in manus predicti domini H. abbatis Fuldensis resignavi et exnunc resigno libere per presentes, recipiendo nichilominus eadem bona et redditus prescriptos ab ipso domino Fuldensi et sua ecclesia antedicta iure ac titulo castrensis feodi in castro Stolzinberg more et consuetudine aliorum castrensium ibidem pro me ac meis heredibus, ut predicitur, habendos et perpetuo retinendos. In premissorum quoque testimonium et perpetuam roboris firmitatem sigillum meum ex [c]erta mea sciencia presentibus est appensum. Datum anno domini M°.CCC°.XXIII°., III°. idus Junii.

Orig.-perg. Siegel fehlt. Marburg, Fuldaer Lehenurkunden. Im auszuge gedruckt: Schannat, Clientela Fuldensis 337.

248. *Ulrich II von Hanau und Agnes seine frau überlassen dem kloster Arnsburg alle ihre besitzungen im dorfe Trais mit ausnahme genannter hoheitsrechte.* 1323 *juli* 10.

1323 juli 10.

In nomine domini, amen. Nos Ulricus dominus de Haynowe et Agnes conthoralis nostra karissima recognoscimus publice in hiis scriptis ad universorum tam presencium quam futurorum claram et plenam noticiam inperpetuum deducentes, quod nos maturo ducti consilio et deliberacione prehabita circumspecta ad promocionem et profectum monasterii nostri in Arnsburg Cysterciens*is* ordinis Mogunt*ine* dyocesis, pomerii desiderabilis cordis nostri fructus bonorum operum deo propicio iugiter producentis, in quo fundacionis fungimur dignitate, pium nostrum dirigentes affectum, quo ipsum fore cupimus in spiritualibus splendidum et in temporalibus opulentum, in reco*m*pensam et instauracionem testamenti pie memorie quondam Ulrici patris nostri per ipsum predicto monasterio legati et per nos propter eventus sinistros varios, prout debuimus, minime consummati, insuper pia liberalitate propter deum religiosis viris, devotis nostris dilectis . . abbati et . . conventui predicti monasterii nostri in Arnsburg et monasterio eidem omnia et singula iura nostra, census et proventus nostros et iura nostra universa, quocu*m*que nomine censeantur, cum utilitatibus et pertinenciis suis in villa nostra Dreyse sita prope opidum nostrum Mynzenberg et quidquid habemus seu hactenus habuimus ibidem,

iurisdictione tamen eiusdem ville quoad actum et facultatem iudicandi et penas forefactorum consuetas recipiendi et quoad herburgas nostras seu servitutem hospitandi ibidem ac quoad tabernam pro vino nostro ibidem vendendo sub certo banno habendi et quoad homines nostros proprios ibidem existentes du*m*taxat excepta, damus et donacione inter vivos facta irrevocabiliter tribuimus, cedimus et sollempniter stipulando resignamus et omnia iura nostra et census predictos in ipsos tradicione presencium transferimus in perpetuum possidendos; pro caucione evictionis volentes et promittentes . . religiosos et monasterium predictos de premissis omnibus, si indiguerint, coram quocu*m*que iudice plenarie warandare. Renunciamus quoque pro nobis et . . heredibus nostris universis in perpetuum omni excepcioni iuris canonici vel civilis, actioni in factum, excepcioni indebiti, doli mali, ingratitudinis et iuri dicenti in generali concessione non venire ea, que quis esset verisimiliter in specie negaturus, iuri dicenti generalem renunciacionem non valere et omnibus actionibus, excepcionibus et iurium beneficiis, per que posset vel deberet predicta nostra donacio, quin pocius co*m*pensacio, in predicti monasterii preiudicium aliqualiter infirmari. Testes huius rei sunt: Johannes et Helffricus fratres, milites nostri, dicti de Růdinkeym, consiliarii nostri, Happelo de Eycheyn advocatus noster in Wůnekeyn opido nostro et alii quam plures fideles nostri fidedigni. In quorum omnium robur perpetuum presentes litteras predictis . . religiosis dedimus sub sigillis nostris firmiter communitas. Datum anno domini millesimo CCC°XXXIII°., dominica proxima ante festum beate Margarete virginis et martiris.

Orig.-perg. Ulrichs reitersiegel (nr. 1 der siegeltafel) hängt an rothen seidenfäden, das zweite fehlt. Lich, Arnsburger Urkunden. Gedr.: Baur, Arnsburger Urkundenbuch 366 (unvollständig); vergl. Würdtwein, Dioec. Mog. III 88.

1323 juli 10.

249. *Dieselben bitten den erzbischof von Mainz die kirche in Trais dem kloster Arnsburg einzuverleiben.* **1323 *juli* 10.**

Reverendo patri et inclito domino suo domino . . archiepiscopo Moguntino necnon honorabilibus viris . . prelatis et capitulo ecclesie Moguntine Ulricus dominus de Haynowe et Agnes conthoralis sua, quidquid possunt obsequii cum certa noticia subscriptorum. Cum nos unanimi voluntate et consensu pia liberalitate propter deum in religiosos viros, devotos nostros, . . abbatem et . . conventum monasterii nostri in Arnsburg Cysterciensis ordinis, in quo fundacionis dignitate potimur, se et sua hospitalitati multiplici et aliis pietatis operibus uberrime exponentes et in monasterium suum iam predictum omnia iura et bona nostra quocu*m*que nomine censeantur, iurisdictione tan-

tum ville subscripte quoad actus certos dumtaxat excepta, in villa nostra Dreyse prope Mynzenberg, opidum nostrum, habita donacione irrevocabili transtulimus pleno iure et in eadem generalitate[1]) iurium et bonorum ipsis traditorum iuspatronatus parrochialis ecclesie predicte 5 ville Dreyse cum omnibus iuribus et pertinenciis suis in prefatos . . religiosos et monasterium suum predictum plenarie et in ipsorum dominium et ius transirit (!) perpetuo possidendum, paternitatis vestre excellenciam, quin pocius misericordiam co*m*passivam humilibus et attentis precibus pie in domino flagitamus, quatenus grato affectus 10 favore predictis . . religiosis et monasterio, qui iam propter maliciam temporis a malignis hominibus in rebus suis inmaniter undique lacerantur et graviter offenduntur et ex discordiarum terre turbinosis insultibus plurimum sunt vastati, beneficium incorporacionis supradicte ecclesie dignemini benignius inpertiri, ut ex hoc predicti . . religiosi 15 ad hospitalitatem tenendam et elemosinas faciendas et cetera pietatis opera uberius exercenda, que in ipsis conspicue radiant et habundant, reddantur eo copiosius pinguiores participesque sitis mercedis perpetue eorundem operum apud omnium largitorem. Et hec vobis et omnibus, quibus nosse fuerit oportunum, in perpetuum significamus sub sigillis 20 nostris pendentibus in testimonium omnium premissorum. Datum anno domini M°.CCC°.XXIII°., in dominica proxima ante festum beate virginis et martiris Margarete.

Orig.-perg. An rothen seidenfäden hängt fast unverletzt das reitersiegel Ulrichs II (nr. 1 der siegeltafel) und ein bruchstück des siegels seiner frau. 25 Lich, Arnsburger Urkunden. Ein regest gibt Baur, Arnsburger Urkundenbuch 367 anm.

250. *König Ludwig gebietet dem Aschaffenburger vicedom Zenechin, dass er Ulrich II von Hanau die lösung des dorfes Praunheim gestatte.* 1323 *juli* 18.

1323 juli 18.

30 Wir Ludowich von gotes gnaden romischer chunig ze allen zeiten merer des riches enb*ieten* dem vesten manne . . Zenichein vitztûm ze

---

1) Nota; quia aliquantulum fuit dubitatum, utrum in donacione generali iurium et bonorum, quibusdam in specie exceptis, in villa Dreise possit transire patronatus ecclesie ibidem ad complementum testamenti liberaliter legati, ideo hiis lit*t*eris con- 35 tineantur instructiones de hoc iurisperitorum et ostensiones eciam . . theologorum, quomodo de iure et secundum deum potuit esse, sicut et factum existit. Ideo reservate sunt hic eedem instructiones, ut si de hoc unquam moveatur calumpnia et questio, quod habeantur i*n*prompta ad manum et omnis scrupulositas amoveatur et obtundantur ora loquencium iniqua, unde bene serventur tempore sempiterno.

40 Zettel von pergament, unbesiegelt, nach inhalt und schriftzügen zur obenstehenden urkunde gehörig. Lich, Arnsburger Urkunden.

Aschaffenburg, unserm lieben getrewen, unser hulde und alles gůt. Wan wir dem edeln manne Ulrichen von Hanowe, unserm lieben getrewen, gewalt geben haben, daz er daz dorf ze Brůmheim von unsern wegen von dir lôsen sol umb als vil geltes, als es dir von uns steet, darumb wellen wir, daz du im dazselb dorf zelôsen gebst, swenn er daz an dich voder. Ze urchûnde ditz briefs, der geben ist ze Nûrenberg, an dem montag nach sant Margareten tag, do man zalt von Cristes geburt dreuzehenhundert iar darnach in dem drei und zweintzigsten iar, in dem neunden iar unsers riches.

Orig.-perg. Das auf die rückseite aufgedrückte rothe secret ist am rande beschädigt. Hanauer Urkunden, Ortsrepositur.

1323 sept. 2.

251. *Ulrich II von Hanau gebietet Konrad Rost, den ihm bisher gezahlten zins von der mühle in Trais künftig an das kloster Arnsburg zu entrichten. Windecken 1323 september 2.*

Ulricus dominus in Hanowe strennuo viro Cunrado dicto Rost militi[1]), fideli suo dilecto, sincerum affectum cum salute. Cum nos propter deum pro anniversario et testamento quondam[2]) pie memorie patris nostri omnia iura nostra in villa nostra Treyze prope Minzinberg cum patronatu ecclesie ibidem, iurisdictione tamen ville eiusdem dumtaxat excepta, religiosis viris . abbati et conventui monasterii in Arnsburg Cysterciensis ordinis contulerimus perpetuo possidenda, fidelitatem vestram requirimus presentibus et iubemus, quatenus censum annuum unius libre denariorum Wedrebiensium cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, quem nobis hactenus de molendino vestro ibidem solvistis et solvere debuistis, de cetero in perpetuum prefatis religiosis et monasterio suo, in quos ius nostrum transferimus, solvatis et ab ipsis predictum censum cum pertinenciis suis recognoscatis iure, quo hactenus ipsum habuimus, dependere. Et hec vobis et omnibus, quibus fuerit opportunum, significamus sub sigillo nostro secreto a tergo presentibus affixo in testimonium premissorum. Datum Wunecken, anno domini MCCC°XXIII°., IIII°. non. Septembris.

Orig.-perg. Rücksiegel abgesprungen. Lich, Arnsburger Urkunden. Gedr.: Baur, Arnsburger Urkundenbuch 368 (im auszuge).

1323 sept. 18.

252. *Testament Ulrichs II von Hanau. Windecken 1323 september 18.*

In nomine domini, amen. Nos Ulricus dominus in Hanoŵ, sciens esse nichil cercius morte et nichil incercius hora mortis, idcirco anno

1) am rande von derselben hand nachgetragen. 2) »quomdam« orig.

domini millesimo C^{o}C^{o}C^{mo}.XXIII°., in crastino beati Lamberti martyris et pontificis conpos mentis et corporis, matura deliberacione prehabita, de consensu benivolo et expresso nobilis domine Agnetis conthoralis nostre karissime, presentibus manufidelibus nostris infrascriptis subscriptam ordinacionem testamenti nostri posuimus et statuimus in hunc modum: Primo monasterio nostro in Arnsbůrg, in quo fundacionis dignitate fruentes eligimus cum ceteris progenitoribus nostris sepulturam, centum marcas denariorum legamus, ut redditus octo marcarum annui cum eadem pecunia co*m*parentur et annis singulis sex marce eoru*n*dem reddituum pro anniversario nostro peragendo ibidem conventui ad pittanciam sollempni servicio consuetam per cellerarium eiusdem monasterii expendantur, relique vero due marce eorundem reddituum infirmario monasterii ad procurandas eo uberius necessitates fratrum decu*m*bencium porrigantur. Item monasterio in Elvenstad canonicorum Premonstratensium decem marcas ad emendum censum unius libre denariorum pro anniversario nostro singulari pittancia[1] perpetuo peragendo. Item in Nuwenburg forma consimili legamus decem marcas. Item in Rosdorf decem marcas pari modo. Item eodem modo in Rudinkeim decem marcas. Item in Selbold quinque marcas ad emendos redditus dimidie libre denariorum ad nostrum anniversarium peragendum. Item in Mirolds quinque marcas modo consimili. Item in Engiltal quinque marcas. Item in Marienburn quinque marcas. Item in Cunradsdorf quinque marcas. Item in Burgberg quinque marcas. Item in Padenshusen viginti marcas pro redditibus ad nostrum anniversarium co*n*parandis. Item in Hoeste quinque marcas. Item Predicatoribus in Frankenfůrd quinque marcas. Item Minoribus ibidem quinque marcas. Item Penitentibus ibidem quinque marcas. Item Carmelitis quinque marcas. Item fratri Cristano priori Franken*furd*ensi vel eo defuncto priori Predicatorum ibidem, qui pro tempore fuerit, quatuor marcas in parato. Item fratri Humberto unam marcam. Item in Gerlachsheim decem marcas. Item in Scheftersheim decem marcas. Item in Vrowencelle decem marcas. Item in Rodenburg sorori conthoralis nostre quinque marcas. Item in Seftersheym filiabus sororis conthoralis nostre quinque marcas. Item pro capitulo plebanorum in Rosdorf quinque marcas. Item pro capitulo plebanorum in Selgenstad quinque marcas. Item monachis in Selgenstad quinque marcas. Item ad fabricam ecclesie sancte Marie ad gradus Mogunt*ine* quinque marcas. Item in Reters quinque marcas. Item ad Tronum quinque marcas. Item in Schōnowen decem marcas.

---

1) über dem schliessenden »a« hat das original noch fälschlich einen abkürzungsstrich.

Item in Smerlebach quinque marcas. Item in Himmeltal quinque marcas. Item in Gerlachsheim sorori conthoralis nostre et Elyzabet de Wertheim quinque marcas. Item decem marcas ad distribuendum pauperibus. Item in Zimmern sorori conthoralis nostre quinque marcas. Item pro missa in parrochiali ecclesia in Hanow de novo per specialem capellanum instauranda centum et tredecim marcas denariorum cum XII solidis hallensium ad emendum redditus perpetuos, qui cum eadem pecunia possunt racionabiliter conparari. Item centum libras hallensium, quas collegimus de theolonio in Hanow minus iuste, pro stratis et pontibus necessariis reparandis. Item pecuniam collectam de theolonio in Steyna, cuius taxacionem relinquimus probitati manufidelium nostrorum, legamus ad stratas et pontes, ubi oportunum fuerit, reparandas. Ad predicti testamenti seu legati celeriorem execucionem discretos viros Johannem, Helfericum fratres de Ruckingen, Rudolfum de Sassenhusen, Johannem de Dudelnshe*i*m, milites, Aplonem de Eych, fratrem Hartmannum de Linden et Conradum notarium nostrum pro manufidelibus nostris legitimis eligimus et statuimus, ponentes et exnunc resignantes in manus ipsorum bona nostra omnia in villis Sŏdele et Mŏrle sita, ut fructus et proventus ipsorum tollant, percipiant atque vendant tamdiu, quousque predicta legata omnia et singula ordine quo supra fuerint plenarie expedita. Postquam vero hoc factum fuerit, predicti manufideles fructus bonorum predictorum per duos annos continue subsequentes nichilominus percipient atque tollent, ut si aliqui claris et notoriis documentis nos ipsos dampnificasse docuerint, ipsis satisfiat, prout se valor eoru*n*dem fructuum extendere poterit equa lance. Nec manufideles predicti prefatis monasteriis ipsis legata solvere minime tenebuntur, nisi eadem monasteria suis li*tt*eris patentibus ipsos certificent de certis et perpetuis redditibus co*n*parandis, quos ad refectionem singularem in nostro anniversario omnibus personis ecclesiasticis superius expressis[1] presentibus deputamus. In premissorum evidenciam et certitudinem firmiorem sigillum nostrum et domine Agnetis conthoralis nostre consensu ipsius accedente duximus presentibus appendend*a*. Actum et datum in Wunnecke, anno et die qua supra.

Orig.-perg. Ulrichs reitersiegel (nr. 1 der siegeltafel) ist stark beschädigt, das seiner frau vollständig erhalten, aber unklar (beschrieben bei nr. 224). Hanauer Urkunden, Haussachen. Ein zweites gleichlautendes orig.-perg. mit unbedeutenden formellen abweichungen in Lich, Arnsburger Urkunden, siegel wie oben. Gedr.: Gudenus, Cod. Dipl. III 221, Wibel, Cod. Dipl. Hohenloicus 265. Ein regest bei Sauer, Cod. Nass. I³ 129.

1) hiernach sind die worte: »percipere debentibus et perfrui« durch übergeschriebenes »vacat« für ungültig erklärt.

253. *Ulrich II von Hanau genehmigt als lehensherr, dass Albert Faust seine frau Hedwig auf eine halbe hube in Wachenbuchen bewidme. 1323 september 21.* 1323 sept. 21.

Nos Ulricus dominus in Hanaw recognoscimus inspectoribus pre-
5 sentium universis publice profitendo, quod cum Albertus dictus[1] Faust armiger viginti marcas denariorum Hedewici uxori sue legitime super dimidio manso in villa Wachenbuchen et in terminis ville eiusdem sito, quem a nobis titulo feodi dinoscitur possidere, in dotem propter nuptias assignavit, petens sibi super eo nostrum adhiberi consensum,
10 nos ipsius petitioni favorabiliter annuentes prefate Hedevici predictum dimidium mansum a nobis in feodo dependentem iure dotalitii contulimus et conferimus possidendum, harum testimonio literarum nostri sigilli munimine roboratarum. Datum anno domini millesimo tricentesimo vigesimo tertio, in die beati Mathei apostoli.
15 Abschrift saec. XVIII., papier. Hanauer Urkunden, Ortsrepositur.

254. *Dietrich Friz von Dorfelden bekennt, dass ihm das kloster Arnsburg den wald bei Kesselstadt gegen einen zins auf lebenszeit überlassen habe. Dorfelden 1323 um september 29.* 1323 um sept. 29.

Ego Theodericus dictus Friz miles de Dorfeldin tenore presencium
20 publice recognosco, quod ego pro persona mea solummodo ad tempora vite mee presente Stilla conthorali mea dilecta et consenciente expresse omnibus et singulis articulis infrascriptis rubetum seu nemus monasterii in Arnsburg Cysterciens*is* ordinis in terminis ville Kezzilstad iuxta castrum Hanowe situm ad circiter quinque iugera se ex-
25 tendens, ita tamen, quod magis vicinatur iamdicte ville quam castro predicto[2], pro dimidia marca denariorum Wedreb*i*ens*ium* censu annuo singulis annis in festo beati Martini hyemalis solvendo a religiosis viris domino . . abbate et . . conventu monasterii predicti ad utendum vel, si maluero, in novale seu pratum meis expensis redigen-
30 dum recepi et conduxi, et nichilominus confiteor me predictum rubetum a predicto monasterio conductionis tytulo possidere. Post obitum vero meum eadem conductio et locacio michi facta penitus sit extincta et prefatum rubetum seu novale vel pratum, si in ipsa redactum fuerit, cum omnibus melioracionibus suis absque omni refusione expensarum
35 per me ad easdem melioraciones factarum in ius et possessionem predicti monasterii transibit libere et solute. In cuius rei testimonium ex certa sciencia uxoris mee predicte sigillum meum duxi presentibus

1) »de« vorl. 2) das original wiederholt hier »situm«.

appendendum. Testes huius rei sunt: Johannes de Huleshobin miles, Markolfus filius suus, cognati mei dilecti, Conradus dictus Dytpechere, Willekinus dictus Stebe et alii quam plures in villa Dorfeldin. Datum anno domini M°.CCC°XXIII°., circa festum beati Mychaelis, tempore reyse regalis versus Werde et Sueviam.

Orig.-perg. Das runde grüne wohlerhaltene siegel zeigt ein geschachtes wappen mit glattem schildeshaupte. Umschrift: + S'·THEOD'CI·MILITIS DE DORVELDE. Lich, Arnsburger Urkunden. Gedr.: Baur, Arnsburger Urkundenbuch 369 (im auszuge); darnach: Rullmann, Geschichte des Pfarrdorfes Kesselstadt 31.

1323 sept. 30.

255. *Ulrich II von Hanau präsentirt dem Aschaffenburger propste für die pfarrei Oberroden seinen notar Konrad.* 1323 *september* 30.

Honorabilibus viris . . preposito ecclesie Aschafenburgensis vel eius . . officiali ibidem Ulricus dominus in Hanowe, quicquid poterit reverencie, obsequii et honoris. Ad ecclesiam parrochialem superioris ville Roda vacantem per resignacionem nobilis viri Reinhardi domicelli de Wilnow, quondam pastoris ecclesie predicte, cuius iuspatronatus ad nos pleno iure pertinere dinoscitur, Conradum clericum et notarium nostrum dilectum ostensorem presencium, cui eamdem ecclesiam pure et simpliciter propter deum contulimus, vestre providencie presentamus, sinceritatem vestram affectuosa precum instancia deposcentes, quatenus eidem Conrado aut . . procuratori suo curam animarum ecclesie predicte conmittentes ipsum aut procuratorem suum, prout ad vestrum spectat officium, dignemini canonice investire. Precipientes nichilominus parrochianis ibidem, ut eidem Conrado aut procuratori suo de iuribus, fructibus et proventibus integraliter satisfaciant et condigne sibique tanquam eorundem vero pastori honorem et reverenciam in omnibus studeant exhibere, adhibitis circa premissa sollempnitatibus debitis et consuetis. Actum et datum anno domini millesimo CCC°XXIII°., in die beati Ieronimi presbiteri, sub sigillo nostro appenso presentibus in evidenciam et testimonium super eo.

Orig.-perg. Das reitersiegel Ulrichs (nr. 1 der siegeltafel) ist beschädigt. Hanauer Urkunden, Kirchen.

1323 okt. 20.

256. *Luther von Isenburg schenkt dem kloster Meerholz auf bitten des bisherigen lehenträgers einen zehnten.* 1323 *oktober* 20.

. . Actiones, que fiunt in tempore, oblivionem temporis faciliter consequuntur, si non litterarum testimonio perhennentur. Hinc est, quod nos Lůttherus dominus de Ysinbůrg in presenti pagina recognoscimus ac universis ipsam intuentibus tam presentibus quam futuris

volumus fore notum, quod nos dilectionis consideracione spectabilis viri Ludowici armigeri de Cleberg, Methildis uxoris sue legittime necnon Petri dicti Baldewin universam decimam in curiam ecclesie Myroldes cum omnibus suis proventibus pertinentem et a nobis iure 5 feodali descendentem donavimus et concessimus et in hiis scriptis donamus et concedimus dilectis nobis in Christo religiosis dominabus domine Grede magistre et conventui monasterii in Myroldes supradicti pro annua pensione sex maldrorum siliginis, duorum maldrorum avene, unius solidi denariorum levium, duorum pullorum et unius auce sin- 10 gulis annis supradictis Ludowici, Methildis et eorum heredibus tempore quolibet presentanda ac omni absque inpedimento porrigenda, a nobis nostrisque successoribus iure feodali in perpetuum possidendam. In eiusdemque decime possessionem tam iuris quam facti supradictas dominas presentibus mittentes corporalem promittimus bona fide pro 15 nobis ac predictis Ludowico, Methildi, Petro et nostris ac eorundem heredibus universis, quod ipsas nunc aut in posterum nunquam ad solucionem pensionis maioris seu amplioris quam ut predicitur *con*pellemus. Dantes eisdem presens scriptum ad rogatum Ludowici, Methildis et Petri predictorum sigillo nostro una cum sigillo ipsius 20 Ludowici in testimonium premissorum firmiter roboratum. Datum et actum anno domini M°.CCC°.XXIII°., in vigilia undecim milium virginum.

Orig.-perg. Die siegel fehlen. Büdingen. Gedr.: Simon III 94. Die in Büdingen aufbewahrten repertorien des klosters (aus dem 17. jahrhundert) geben 25 auszüge einer weiteren schenkung: *»Mechtilt von Waldeck fraw zu Breuberg uebergibt der meisterin und dem convent zu Meroltz daz recht, so sie von Wentzel Siegemüllern und dessen ehelicher wirthin gehapt«. »Wir Mechtilt von Waldeck fraw zu Bruburg. Der brieff ist gegeben nach gottes geburt 1328 iahr, an dem nechsten mitwochen vor s. Adrians tag« (märz 2).*

30 **257.** ***Dietrich v. Preungesheim schenkt den deutschen herren von Sachsenhausen zu seinem seelgedächtnisse einkünfte von einem halben hofe und einer halben hube zu Dörnigheim (?) und von dem burgberge zu Eschersheim. 1323 oktober 21.*** 1323 okt. 21.

Ich Diederich ein edelknecht geheyssen von Brungiszheim be- 35 kennen und thun kunt allen den, die diesen geinwirtigen brieff sehen, lesen oder horen lesen, das ich mit gehengnis und mit gutem willen hern Eberharts von Heusenstam meynes swagers und Leisen seiner haussfrawen meiner suster han bescheiden, gesaczt und gegeben den brudern von dem deutschen hause zu Sassenhausen bey Franckfurt 40 dru achtel weiszs, dru achtel haberns, zwen cappen und vierzig heller

ierlicher golde uff eime halben hoffe und uff einer halben hube landes meins rechtlichen eigens, das da liget zu Dornheim[1]) und das do bauen die frawen von dem Retthers. Darzu han ich in auch gesaczt und gegeben achte gense geldes ierliche, die man gibt von dem burgberge zu Eisschirszheim, auch mein rechte eigen. Wan das ist, das ich abgen und das gott ubber mich gebudet, das sie dan die vorgenanten bruder von der vorgenanten golde mein des vorgenanten Dietherichs und hern Winthers, mynes vader (!), und Lysen, meiner mutter, iargezide mit einander, als ir gewonheit ist, mit vigilia und missa erlich begen sollen ierlichs. Das die (!) stede und veste sey und pleibe, so han ich Diederich meynen vorgenanten swager hern Eberharden von Husestam gebeden, das er diesen geinwirtigen brieff besiegelt hat mit seim ingesiegel zu eim ewigen urkunde. Dieser brieff war gegeben, do man zalt nach der geburt unsers herren dusent druhundert darnach in dem druundzwenczigsten iar, an der eylfftausent meyde tag.

Der Commendthurey Franckfurt a. M. Documentenbuch f. 214v. Stuttgart, staatsarchiv. Ein auszug, nach dem alten saalbuche der commende, bei: Niedermayer, Deutsch-Ordens-Commende Frankfurt 152.

1324 jan. 2.

258. *Ulrich II von Hanau überlässt dem kloster Engelthal das eigenthumsrecht an einem von den Schenken von Reicheneck dem kloster geschenkten lehen. Frankfurt 1324 januar 2.*

Nos Ulricus dominus in Haynowe presentibus recognoscimus et constare universis cupimus, quod ad petitiones nobis dilectorum nobilium . . dictorum dy Schenkyn fon Rychenecken talia bona, videlicet curiam dictam zcu Wyger unde daz holz, que quidem bona a nobis ipsis in feodo dependebant et per eosdem nunc claustro sanctimonialium ordinis Predicatorum dicto zcu Engyldail sunt donata, presentibus benivole appropriamus, nostro iuri, quod in ipsis habuimus, renunciantes, dantes super hiis presentem paginam in testimonium et robur perpetuum nostro sub sigillo. Datum in Frankenvord, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo quarto, in crastino circumcisionis.

Orig.-perg. mit anhangendem, fast unbeschädigtem secrete (nr. 3 der siegeltafel). München, allgemeines reichsarchiv, Kloster Engelthal. Regesta Boica VI 123. Die abschrift verdanke ich herrn Hans Bachmann.

---

1) hier ist gewiss richtiger mit Niedermayer »Dornigheim« zu lesen.

259. *Quittung für Gelnhausen über bezahlung der reichssteuer. Frankfurt 1324 januar 3.*

1324 jan. 3.

Nota, quod dominus rex quittavit cives in Gaylenhausen de steura, quam sibi in festo beati Martini proxime venturo solvere tenebatur. 5 Datum in Franchenfurt, III. non. Januarii, anno domini MCCCXXIIII., regni vero nostri anno X.

BR 669.

260. *König Ludwig befreit die höfe des klosters Arnsburg in den wetterauischen reichsstädten von reichsdiensten und reichssteuern.* 10 *Frankfurt 1324 januar 22.*

1324 jan. 22.

Ludewicus dei gratia Romanorum rex semper augustus religiosis viris abbati et conventui monasterii in Arnspurg ordinis Cisterciens*is* Mogunt*ine* diocesis, devotis suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Regalis clementia consuevit viris religiosis divino cultui mancipatis 15 esse favorabilis et benigna, ut eorum votiva intercessione salutis sibi crescat meritum apud deum. Sane, in Christo dilecti, vestris supplicationibus gratiosius annuentes curias vestras in oppidis nostris Franchinfurt Frideberch, Weflar et Geylenhusen situatas ab omnibus vecturis curruum, steiuris (!) et serviciis singularibus nobis seu Ro- 20 manis regibus inantea prestandis, salvo iure civium predictorum oppidorum, eximimus et auctoritate regia liberamus, maxime cum clare ostenditur, quod a preteritis temporibus huiusmodi vecturas, steuras et servicia Romanis regibus non consueveritis de predictis curiis exhibere. In cuius nostre exemptionis et libertacionis testimonium pre- 25 sentes conscribi et nostro sigillo iussimus communiri. Datum in Franchinfürt, XI° kalendas Februar., anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, regni vero nostri anno decimo.

Orig.-perg. Das majestätsiegel ist stark beschädigt. Lich, Arnsburger Urkunden. Die urkunde hat vermuthlich lange im feuchten gelegen; dann ist 30 die verblasste schrift im vorigen jahrhundert so mit tinte nachgezogen worden, dass die ursprüngliche schreibweise oft nicht mehr festzustellen war. Die ergänzungen gab das Arnsburger kopialbuch in Darmstadt. BR 681.

261. *Das kloster Seligenstadt bezeugt eine stiftung seines thesaurarius Konrad von gefällen zu Somborn. 1324 januar 28.*

1324 jan. 28.

35 In nomine domini, amen. Nos Thielemannus dei gracia abbas, Wernherus prior totusque conventus monasterii in Seligenstad ordinis sancti Benedicti omnibus et singulis presentibus et posteris harum noticiam habituris recognoscimus manifeste, quod cum religiosus vir

Conradus iam dicti monasterii nostri thesaurarius ultra vite sue necessaria aliquam summam pecunie de nostra mera licencia congregasset necnon tria maldra siliginis perpetuorum reddituum, nomine super curia nostra in Sonneburnen quondam Eberhardi de Sunneburne et Gerdrudis uxoris sue legitime, recte et racionabiliter comparasset preter alia sex maldra siliginis, que nichilominus idem thesaurarius super eadem curia antea comparavit, prout in suo registro continetur, ad gloriam dei omnipotentis ac gloriose virginis Marie necnon ob reverenciam et celebritatem beati Karoli imperatoris et confessoris ordinare cupiens sollempnitatem subscriptam de iam dictis tribus maldris servicium ad peragendum iam dicti imperatoris et confessoris festum in albis et aliis sollempnitatibus debitis et consuetis, de nostro consilio et favore constituit in hunc modum: videlicet quod decem solidi denariorum levium de predictis tribus maldris ipso die beati Karoli imperatoris et confessoris predicti dominis in ipsius diei sollempnitate presentibus perpetue consolacionis nomine porrigantur. Quicquid autem super hos decem solidos de predictis maldris resultaverit, . . custodi pro tempore existenti ad faciendum cereos in dicto festo ardere debentes permanebit. In cuius ordinacionis robur perpetuo valiturum presentes litteras sigillorum nostrorum appensionibus dedimus fideliter roboratas. Anno domini M°CCC°XXIIII°., ipso die beati Karoli.

Orig.-perg. Von siegel I ein kleines bruchstück, das runde siegel II ist beschädigt. Hanauer Urkunden, Kloster Seligenstadt. Diese korngült wurde am 27. märz 1333 auf den hof zu Welzheim verlegt, als der abt eine grössere gült des Somborner hofes an die Gelnhäuser bürgerin Gela Scheel verkaufte. Seligenstädter kopialbuch I in Darmstadt.

1324 märz 15.

262. *Gottfried von Brauneck verkauft seinen ganerben Luther von Isenburg und Konrad von Trimberg rechte, güter und einkünfte in Gelnhausen u. a. orten. Gelnhausen 1324 märz 15.*

Ich Gotfriit ein herre von Brünecken veriehen und bekennen uffintlichen an dieszem geinwertigen briff allen dene, die yne sehent oder horent lesen ewickliche, das ich dene edeln herren, mynen magen und myn ganerben, Luthere dem herren von Isenburg, Conrad von Trimperg und iren erben verkaufft han und verkeuffen in rechtes kauffs wise ewickliche zu besitzene myn teill des burggravenrechts der burge und des gerichts der stadt zu Geilnhusen, die konigeswiesen, den bamgarten, der da liit zu Ubenhusen nyden andersiit an dem konigesstücke, die[1]) fischerie in der Kintzige von dem tredenforthe bisz an

1) »drii« vorl., verb. Simon.

die mülen vur der stadt zu Geilnhusen, alle myn zinsze zu Ubenhusen, myn rechte an dem Budinger walde, an dem Razenhene[1]), an der burge zu Wechterszbach, mit allen dene rechten, gulde und gefelle, versucht und unversucht, wie sie sint gnant, die zu dene vor-
5 geschr*iben* guden oder rechten horen, an myn manlehen und an myn edellude an Ortberg, Benzensaszen und darzu gehoret, an alle die gute und die rechte, die nach hait und biiszher gehabt[2]) hait frauwe Liise von Wileburg ein burgfrau*we* der burge zu Geilnhusen, da ensollent die nicht mit zu schaffen han. Also das die vorbenanten
10 herren myne mage und ire erben besitzen sollen und haben dieselben gute in aller der wise und rechte, als sie myn eltern und ich biiszher besessen und gehabt han. Dirre kauffe ist gescheen in der stadt zu Geilnhusen recht und redeliche umbe tusent pfůnd heller genge und gebe. Auch han ich Gotfriid globet und globen in gůten truwen
15 an dies*em* geinwertigen brieffe, ane alle geverde, dene vorgenanten herren und iren erben umbe dieszen vorschr*iben* kauffe recht werschafft zu thůnd vur mich unde alle myn erben nach des landes gewonheid und verziihen auch an dieszem geinwertigen brieffe vur mich und alle myn erben alles rechts, clage, forderunge und be-
20 helffunge geistlichs und werntlichs geriechts an allen dene guden und dene vorbeschrieben rechten, die mir oder mynen erben fromliche und nützliche moigen sin und ẏne und iren erben schedeliche an dieszem vorgenanten kauffe, dene ich gethane han, thund und follinbrengen an dieszem gegenwortigen brieffe in aller der wise und vürworten,
25 als hievor geschrieben ist. Disses kauffs und aller vorgeschr*ieben* dinge sint gezeuge die edeln und die ersamen lude: Wernher der herre von Liesperg, Reinhart der herre von Wilnauwe, Rupprecht von dem Buches, Herman von Sluchter, Sybolt Fleisch, Herman von dem Hüthen, ritter, herre Wernher der pherner von Budingen,
30 Heilman von Ronnburg, ein edelknecht, Syffriit und Hartman von Breydenbach, Wernher vorn Guden sone, Reimbolt von Spiegelberg, Johann von Creinvelt, Wortwin Spikelin, scheffene und burgere zu Geilnhusen, und andere viel biederber erber lute, die diesen vorbenanten kauffe sahen und horten. Der da ist gescheen und folle-
35 bracht an der ziit, da man zalte nach gotis gepurte XIII^c^ iare und in dem vierundzwenczigisten iare, an dem nehsten dornstage nach sanct Gregorius tage. Und zu eyme gezugnis, urkunde und festenünge aller der vorgeschr*ieben* dinge han ich Gotfriid der vorgenante herre

---

1) »Rotzenhayn« Simon. 2) hiernach folgt noch einmal »habt«.

von Brunecken myn insiegel gehangen an dieszen geinwertigen brieffe zu der ziit und zu dem tage, als hievor schrieben ist.

Königsteiner diplomatar I in Rossla; desgl. im Königsteiner kopialbuche zu Würzburg. Gedr.: (nach einer abschrift des Büdinger archivs) Simon III 95; vergl. Archiv für hess. Geschichte I 450.

1324 märz 17.

263. *Beilegung des streites zwischen dem kloster Schlüchtern und dem pfarrer in Salmünster wegen eines hofes bei Steinau.* 1324 *märz* 17.

In nomine domini, amen. Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, magister Henricus Hohelin prepositus ecclesie sanctorum apostolorum Symonis et Jude in Gosslaria, salutem in domino et noticiam subscriptorum. Noveritis, quod cum inter religiosos viros . . abbatem et . . conventum monasterii in Sluchtere Herbipolensis dyocesis ex parte una et discretum virum magistrum Johannem plebanum in Salchmunster nomine sue ecclesie ex altera super quadam curia sita extra opidum Steyna versus Gelnhusen, quam quidem curiam plebanus in Steyna[1]) tunc possidebat, lis et controversia verteretur ac super ea eedem partes in iudicio aliquamdiu litigassent, tandem in me . . prepositum predictum tamquam in arbitratorem seu amicabilem compositorem et communem amicum, sponte in se hanc amicabilem composicionem suscipientem, super predicta curia et omnibus questionibus, litibus et controversiis, que inter eos occasione eiusdem curie vertebantur, voluntarie compromiserunt, prout in compromisso desuper confecto plenius continetur. Ego igitur magister Henricus prepositus antedictus visis, auditis, intellectis et examinatis parcium iuribus, inquantum pro mea informacione et amicabili composicione mihi sufficere videbatur, Cristi nomine invocato arbitror, diffinio, dico et pronuncio, non in iure diffiniendo, sed in amicicia componendo, in hunc modum: Videlicet quod predicti . . abbas et . . conventus retenta sibi pro se et suo monasterio predicta curia, super qua questio vertebatur, dabunt et solvent prefato magistro Johanni viginti libras hallensium infra duorum mensium spacium a tempore huius pronunciacionis computandum. Ita tamen, si abbas et . . conventus curiam elegerint retinendam; si autem ipsi . . abbas et conventus curiam ipsam prefato magistro Johanni dimittere voluerint et ab eo recipere XX libras hallensium antedictas, quia in hoc casu

1) Die filialkirche in Steinau (Steynaha) war bei der stiftung der kollegiatkirche in Salmünster dieser vom abte Heinrich v. Fulda am 2. februar 1319 überwiesen worden. Siehe Schannat, Dioc. Fuld. 303.

electionem abbati et conventui concedo et reservo, extunc idem magister Johannes retenta sibi pro se et sua ecclesia curia sepedicta dabit et solvet prefatis . . abbati et conventui viginti libras hallensium infra terminum supradictum; et ad hoc faciendum duxi ipsos hinc inde pre-
5 sentibus condempnandos. Item amicabiliter componendo dico, diffinio et pronuncio et per hanc meam pronunciacionem volo, iubeo et ordino dictas questiones, lites, controversias et discordias, que inter ipsas partes occasione predicte curie hactenus vertebantur, esse sopitas totaliter et extinctas. Item volo et iubeo, quod una pars alteri ad
10 invicem de omnibus et singulis, que unus ab altero occasione predicte curie petere posset, faciet renunciacionem et pactum de ulterius non petendo sub sigillis autenticis vel sub aliis publicis instrumentis. Item expensas hinc inde in lite factas dico et pronuncio nullatenus repetendas; et hec omnia arbitror, dico, diffinio et volo inviolabiliter observari.
15 Facta est hec pronunciacio anno domini M°CCC°XXIIII., sabbato proximo post dominicam reminiscere.

Orig.-perg. Das spitzovale siegel ist kaum zur hälfte und schlecht erhalten. Hanauer Urkunden, Kloster Schlüchtern.

264. *König Ludwig genehmigt den kaufvertrag vom 15. märz.*
20 *Frankfurt 1324 märz 29.* — 1324 märz 29.

Nos Ludowicus dei gracia Romanorum rex semper augustus presentibus confitemur, nos ratam et acceptam habere ac auctorizare vendicionem et empcionem factam et habitam inter nobiles viros Gotfridum de Brůnekk, Lutherum de Isembůrch et Cunradum de Trim-
25 perch de iuribus dicti Gotfridi de Brunekk, que in burgraviatu in castro Geylenhůsen et in silva dicta Bůdingerwalt obtinebat, venditis per eum Luthero et Cunrado nobilibus antedictis, auctoritate et testimonio presencium litterarum, quas super eo conscribi et nostro sigillo iussimus communiri. Datum in Franchenfůrt, IIII. kalendas Aprilis,
30 anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, regni vero nostri anno decimo.

Orig.-perg. Rothes secret in gelber wachshülle. Büdingen. Gedr.: Simon III 96 (zum 10. april).

265. *Revers des klosters Eberbach an das stift Mainz wegen der*
35 *erlaubniss zur einverleibung der kirche in Langendiebach. 1324 april 3.* — 1324 april 3.

Nos frater Wilhelmus abbas totusque conventus monasterii Ebirbacensis ordinis Cysterciensis Moguntine dyocesis recognoscimus per

has nostras li*tt*eras manifeste, quod cum reverendus in Christo pater ac dominus noster dominus Mathias sancte Mogunt*ine* sedis archiepiscopus de expresso consensu honorabilium virorum dominorum Got*fridi* custodis, Ebirh*ardi* cantoris tociusque capituli ecclesie Mogunt*ine* ecclesiam parrochialem in Langendippach dicte dyocesis nobis et nostro monasterio in divini cultus augmentum incorporarit et univerit, prout in li*tt*eris super hoc traditis plenius continetur, nos debere secularem sacerdotem ydoneum pro perpetuo vicario ad dictam ecclesiam, quociens eam vacare contigerit, loci archidiacono presentare, salva sibi congrua porcione, per quam onera incumbencia valeat expedire. Preterea recognoscimus nos in signum beneficii nobis favorabiliter impensi duas libras cere singulis annis perpetuis temporibus in festo beati Martini dicte Mogunt*ine* ecclesie patroni eisdem dominis ecclesie Mogunt*ine* solvere, dare et presentare nostris laboribus et expensis, ad id nos et nostrum monasterium in hiis scriptis sollempniter obligantes. In cuius rei testimonium evidens sigillum nostri monasterii predicti duximus presentibus li*tt*eris appendendum. Actum et datum III°. non. Aprilis, anno domini M°.CCCXXIIII°.

Orig.-perg. Siegel fehlt. München, reichsarchiv, Mainzer Nachträge. Gedr.: Würdtwein, Dioec. VIII 126.

1324 mai 8.

266. *Marquard von Sachsenhausen und Volrad von Ryberg willigen in die verleihung von einkünften zu Ginheim u. a. o. durch den könig an Johann Schwab von Aschaffenburg.* 1324 *mai* 8.

Marquard von Sassenhusen ein ritter und Volrat von Ryberg forstmeister zum Hayn bekennen, dass sie ihren »guden willen und gehängnisse han getan, das herr könig Ludwig hat geliehen $^1/_4$ der zehenden zu Ginheim und Eschersheim und 8 schilling penning von des richs hube zu Bergen iärlicher gülte, das von dem riche get zu lehen, des sie ganerben waren«, an Johann Swabe von Aschaffenburg zu rechtem lehen. 1324, acht tage nach sanct Walpurgistage.

Aus »einer ungedruckten urkunde« von Euler mitgetheilt in: Die Herren von Sachsenhausen und Praunheim, Archiv für Frankfurts Geschichte und Kunst VI 52.

1324 mai 10.

267. *Das kloster Seligenstadt verkündet eine stiftung seines thesaurarius Konrad aus gefällen an genannten orten.* 1324 *mai* 10.

In nomine domini, amen. Nos Thylemannus dei gracia abbas, Wernherus prior ac totus conventus monasterii in Seligenstad ordinis sancti Benedicti omnibus et singulis presentibus et posteris presencium

Ego Wolframus miles dictus de Prumheim et Mya uxor mea legittima tenore presentium recognoscimus et notum facimus universis, quod nos communicata manu et consensu mutuo vendidimus titulo proprietatis mere religiosis dominabus . . abbatisse et conventui in Patenshusen dimidium mansum terre arabilis situm in terminis ville Wachenbuchen pro viginti et octo marcis denariorum legalium et bonorum, quas nos ab eisdem recepisse presentibus profitemur, renunciantes plane simpliciter et expresse in hiis scriptis pro nobis et heredibus nostris omni iuri, quod habuimus in eodem. Et predicte domine in iam dicto dimidio manso ordinare poterunt sine omni nostro inpedimento et heredum nostrorum, quidquit sue fuerit voluntatis. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentem litteram memoratis dominabus contuli mei sigilli munimine confirmatam. Datum anno domini M°CCC°XX°VI°.

Orig.-perg. Das runde grüne wappensiegel ist gut erhalten. Im schilde ein mit einer rose belegter balken, darüber im schildeshaupte drei belaubte zweige, umschrift: † S'·WLFRAMI·DE·PRVMHEIM. München, allgem. reichsarchiv, Mainz, Erzstift.

310. *Konrad von Buches und seine frau Jutta verkaufen einkünfte in Kaichen und wiesen zu Windecken an den kaplan Heinrich in Windecken.* 1327 *februar* 9.

1327 febr. 9.

Ich Cůnrat von Bůches eyn kneth won dem wapyn unde Jutta myn eliche wyrtyn bekennyn an dysme genwortigen brybe allyn den, dy en sehen ader horen leysen, daz wir werkauft han um seszych

marc rectyr werunge zvenzych achtel kornes alle iar zů gebene, zven schyllynge pennycgeldes, zvey hůnre unde eyn gans ůf unsme gůde zů Keuchen unde eyn morgen wysen zů Wonnecke dem ersam manne hern Heynrych, der da ist eyn kappelon sente Jeorgen unde sente Katerynen zů Wonnecke; also bescheydelliche, wan wir quemen in den ses vuchen, dey da syn cůschyn sente Mychahels unde sente Mertyns dage, mit sescyc marken unde im dey geben, sa sal he unse gut wydergeben durch lybe unde durch wruntschaft. Wer auch, daz he is wolde verkeuffyn, sa sal he iz uns byden; wolde wyr iz nith keufen, sa mac he iz geben, wem he wyl, zu demselben rette. Wer auch, daz he iz wolde geben ader machen eym sym vrůnde ader durch got vůr syn sele an eyn kyrchen ader an eyn altar wolde geben, des sůl wyr im wol gůnnen. Dirre vorgenanten rede sint gezůc: dey ersame lude her Herman Halbir eyn rytter, her Gerlach syn bruder eyn rytter, Appyl der voyt von Wunecke unde anders vyl gůder lude. Dirre brif zu stedekeyt unde zu westynůnge unde durch bede wyllyn der vorgenanten Cunrades unde Jutten synre elichen wyrten ist besygelt under der stede yngesygel zů Wunecke, in dem iar, da man zalte nach godes gebůrte druzehenhůndert iar unde syben unde zvenzyc iar, an dem mandage nach unser vrauwen dage, also man dey lycte wyhet.

Orig.-perg. Das etwas beschädigte siegel der stadt Windecken ist bedeutend grösser, gleicht aber sonst genau dem auf der siegeltafel nr. 9 abgebildeten siegel. Hanauer Urkunden, Pfarrei Windecken.

1327 märz 6.

311. *Der priester Hermann von Wanebach schenkt dem kloster s. Clara zu Mainz güter und einkünfte in Frankfurt, Issigheim und Gelnhausen.* 1327 *märz* 6.

Anno MCCCXXVII, die VI. Martii, que fuit vigilia beatorum martyrum Perpetue et Potentiane, Hermannus de Wannenbach presbyter eidem[1]) coram Henrico dicto de Friburgo ordinis fratrum Minorum sanctimonialibus a moderandis conscientiis, magistro Conrado de Augusta clerico cive Moguntino, Petro dicto zum Walderthеymer et Philippo zum Blasoven, civibus Moguntinis, donatione inter vivos contulit varios in civitate Francofurtensi census, redditus nimirum trium marcarum denariorum Coloniensium super domo salis ibidem, item medie marce redditus super quibusdam hortis ibidem sitis ante portam dictam Burnheimer port, item hortum alium ante portam vulgariter dictam Menzer port, quem tunc tenuit pro annuo VII solidorum hallensium

1) nämlich dem kloster s. Clara zu Mainz.

censu dictus Appel de Alsfeld, cum variis insuper bonis in villa Ussenheim Moguntine diocesis et in oppido Geylnhausen.

Gedr.: Joannis Rer. Mog. T. II 874.

312. *Wolfram von Praunheim und seine frau verkaufen dem kloster Padershausen güter in Wachenbuchen.* 1327 *mai* 6.

1327 mai 6.

Ich Wolfram von Prumheim und Mya min eliche wirten herkennen uns an disem brive, daz wir han gegeben ze kaufe den geistlichen vrowen der abtissen und dem convent ze Patenshusen ein halbe hůbe und athtenhalben morgen zu Wachenbuchen umme dri und virzec marc und ein halbe geber und guder. Di han wir von den . . selben vrowen enphangen rethe und redeliche und verzihen an disem brive off alliz daz reth, daz wir an dem vorgenanten gude hathen, also daz wir vurbaz kein vorderunge darzu sollen han ader kein uns erben, dan daz iz diselben . . vrowen mit demselben rethe sollen han und besizzen, alse wir iz han gehabet und besezzen. Daz den vrowen kein ungemach und hindersal ader ansprach von uns ader niman geschehe, so han wir en disen brifte (!) gegeben mit unsem engesigele. Diz sint gezuk: her Emmrich Stork und bruder Hartlib und Herbort Sligel und Růdolf unse knet. Dir brif wart gegeben nach den iaren der gebirtis uns herren dem dusint und druhundert und sebenundzwenzic, Johannis ante portam latinam.

Orig.-perg. Das runde siegel ist gut erhalten. München, reichsarchiv, Mainz, Erzstift. Regesta Boica VI 228.

313. *Weisthum über die dem herrn des dorfes Fechenheim zustehenden rechte, einkünfte und dienste. Fechenheim* 1327 *juni* 3.

1327 juni 3.

Officialis . . prepositure ecclesie Frankenfordensis omnibus in perpetuum. Presencium inspectoribus et auditoribus cercius innotescat, quod nos ad instanciam domini ville in Vechenheim una cum testibus infra scriptis ad eandem villam anno domini M°.CCC°XXVII°., feria quarta infra octavas penticostes porreximus et venimus. Et per dominum eundem et . . scultetum eiusdem in loco consueto iudicii, presentibus . . scabinis ibidem in eadem villa Vechenheim iudicio instaurato et ipsi pro tribunali sedentes, subscripta iura, census quoque et servitutes subnotate fuerunt ipsi domino ville predicte, racione iurisdictionis temporalis ville eiusdem, per concordem sentenciam et diffinicionem . . scabinorum et aliorum inquilinorum ville prefate, quam iidem . . scabini per sua iuramenta suo . . scabinatui prestita dixerunt esse veram atque iustam, in figura prefati iudicii senten-

cialiter adiudicati et ad ipsam iurisdictionem ville prefate de iure pertinere debent. C Primo quod ipsa iurisdictio ville predicte et census cedentes racione iurisdictionis eiusdem sint mere proprii et sic sint hactenus habiti a tempore, cuius non exstat memoria, usque in hunc diem. C Item subscripti census solvuntur de duodecim mansis magne mensure: videlicet in octava epiphanie solvuntur viginti quinque uncie denariorum levium, de quibus tredecim denarii leves tunc dabuntur . . officiato sive . . sculteto ville predicte. C Item in die beati Martini hyemalis viginti tres uncie denariorum levium, de quibus cedunt predicto . . officiato triginta denarii leves. C Item in die beate Walpurgis virginis sedecim uncie denariorum levium, de quibus tredecim denarii leves dabuntur ibidem . . officiato. C Item in die beati Bartholomei apostoli quatuor uncie denariorum levium, de quibus dantur IIII^or denarii leves . . officiato. C Item de qualibet domo ville predicte, que utitur proprio igne, unus pullus carnisbrevialis annuatim solvetur domino iurisdictionis ville predicte. C Item quilibet hubariorum seu emphitiotarum vel, quicu*m*que aliquid de predictis mansis habuerit, post mortem suam solvet optimale domino supradicto et quocumque locorum residerint, omni anno solvent pullum carnisbrevialem. C Item duodecim aree pertinent ad duodecim mansos predictos in villa predicta, que per habentes areas easdem debent competentibus structuris edificari[1]) et conservari in eisdem, alioquin tribus consuetis edictis per . . scultetum ammoniti, si infra annum edificia non compleverint, nomine pene solvent quinque solidos denariorum levium; quos si non solverint, pignorari debent more consueto et, si pignora haberi non possunt, ipsa bona poni debent in voronam. C Item tribus vicibus in anno, videlicet in[2]) crastino octave epiphanie, in crastino beate Walpurgis et in crastino sancti Bartholomei apostoli, tria sollempnia plebiscita seu vulgariter dicta ungeboden ding tenebuntur per dominum ville predicte, si voluerit. Et ipse dominus predictus cum comiti*v*a, qua voluerit, in diebus festorum iam dictorum ingrediens villam predictam pro equis suis et comiti*v*e sue pabulum non triteratum accipere poterit pro libitu suo in areis memoratis. Unde crementa et fructus mansorum predictorum duci debent ad areas easdem, ut in eis pabulum sufficiens possit reperiri in terminis prenotatis Et si ad alias areas vel curias deducti fuerint, tunc nichilominus dominus predictus, ubicumque infra terminos iurisdictionis ville predicte prefatos fructus repererit, ipsos pro equis suis accipere poterit et debebit. Unde eciam nulla stramina mansorum predictorum inquilini

---

1) »edificare« orig. 2) hiernach steht im orig. noch einmal »in«.

et hubenarii predicti educere debent extra terminos iurisdictionis predicte sub penis consuetis hactenus iudicatis. C Item in predictis terminis plebiscitorum[1] sollempnium prefatorum si dominus ville personaliter venerit, in quolibet ipsorum de simplicibus hominibus vulgariter dictis eynlefthege lůthe ville prefate habebit pro subsidio expensarum suarum duas uncias denariorum levium. C Item quicumque hubariorum non venerit ad plebiscita predicta in tribus terminis prenotatis, solvet nomine pene viginti denarios leves. C Item siquis hubariorum predictorum in die beati Martini predicti lucente sole censum quem debet non solverit, nomine pene dabit viginti denarios. Et si nec censum nec penam solverit, pignorari debet ipse vel colonus suus bonorum predictorum; et si pignora sufficiencia haberi non possunt, tunc ipsa bona debent poni in voronam. Consimiliter debet fieri, si infra quindenam post octavas epiphanie et beatorum Bartholomei et Walpurgis festa predicta census supradicti tunc debiti non solvuntur. C Item quilibet piscatorum ville predicte in dominica letare solvet domino predicto sex denarios leves vel in piscibus valorem eorundem. Et iidem piscatores non debent habere in Mogo infra territorium iurisdictionis predicte nisi tria foramina capture vulgariter dicte fagh; transgrediens solvet viginti denarios leves pro pena. C Item si bona mansorum predictorum vendi debent, tunc in figura iudicii tribus quindenis proximioribus heredibus exhiberi debent, qui si emere detrectant sive nolunt bona ipsis exhibita, tunc sunt exhibenda domino ville predicte pro precio competenti. C Item forefacta, lesiones vulnerum et aliarum iniquitatum maiorum violencie pro pena predicto domino ville solvere debent septem solidos denariorum levium, secundum minora forefacta verborum pro pena solvunt . . officiato viginti denarios. Non obstante, quod pro forefactis et omicidiis pena solvitur consueta in iudicio Bůrnheymer berg, nichilominus tamen pene supradicte solvi debent domino prenotato. C Item termini iurisdictionis ville predicte se extendunt ad medietatem Mogi, sed versus Reiedern usque ad lapides terminales dictos margsteyne, ad quos extenduntur termini decime ville predicte, versus vero Enningheim extenditur iurisdictio predicta ad lapides positos in palude t*er*m*in*ales infra nemus ville Bergen et nemus de Vechenheim villa predicta. C Item versus Bisshovesheim extenditur ad fussatum dictum Husergraben iurisdictio memorata. Salvis aliis iuribus nondum nominatis nec expressis, de quibus iidem . . scabini requisiti non fuerunt, que competunt de iure domino ville sepedicto. Scabini, qui predicta omnia

1) »prelebicistorum« orig.

et singula per sua iuramenta requisiti sentenciarunt et prefato domino predicta iura adiudicarunt, fuerunt: Heylmannus dictus Reynheri, Gerlacus Reynheri frater eiusdem, Kůlmannus Meyger, Heinricus filius Gerlaci, colonus dominorum in Arnspurg, Heylmannus Piscator, scabini. Testes, qui viderunt et interfuerunt et cum predictis . . scabinis concordarunt, de villa predicta Vechenheim: Kůlmannus dictus Herrouge scultetus ibidem, Heinricus dictus Jenche, Eberhardus, Ruppertus et Bertůldus et omnes alii villani ville predicte tunc in iudicio presentes. C Item testes extra villam: Theodericus miles de Erlebach, Heinricus Canis de Griedele armiger, frater Johannes cellerarius maior in Arnsspurg, frater Mathias de Enningheim monasterii eiusdem, Clyeno . . plebanus in Vechenheim et Syfridus dictus Shiltknet clericus Frankenfordensis. In quorum omnium evidens testimonium propter publicam iusticiam ad instanciam domini et . . scabinorum predictorum nos . . officialis predictus, quia vidimus et interfuimus predictis, sygillum . . officialitatis nostre predicte publicum decrevimus[1]) presentibus appendendum una cum sigillis Theoderici de Erlebach militis et Heinrici dicti Hůnt armigeri predictorum, que presentibus similiter sunt appensa. Datum et actum anno et die prenotatis.

Orig.-perg. Von den siegeln fehlt I; II ist ein rundes kleines reitersiegel *Theoderici militis de Erlebach*, das wappen ist nicht zu erkennen (stiefel?). III, ein rundes grünes siegel, zeigt im schilde einen springenden, in der helmzier einen sitzenden hund. Hanauer Urkunden, Ortsrepositur.

Eben damals, am 9. juni d. j., erwarb kloster Arnsburg neuen besitz in Fechenheim: »*Ein brive, wie Fridebracht Jung und Friderun, elute, Heinrich Bern, burger zw Fridberg, han verkauft dem cloister A. ire teil und recht zu Fechenheim fur rechtlich aigen fur LXXVII marcke Collischer pfennigk. Datum 1327, dinstags nach Bonifatii*«. Arnsburger repertorium in Kindlingers sammlungen bd. 226. Münster, staatsarchiv.

1327 juni 25.

314. *Mechtild, die wittwe Eberhards von Breuberg, schenkt dem kloster Selbold ihr recht an einem zehnten zu Langenselbold.* 1327 *juni* 25.

Nos Methildis de Waldecken, relicta quondam nobilis viri domini Eberhardi de Bruberg, presentibus publice recognoscimus et ad universorum tam presentium quam futurorum notitiam cupimus pervenire, quod ob salutem animarum nostre Methildis predicte et domini Eberhardi nostri mariti predicti bone memorie omnia iura et consuetudines, quas habuimus in quadam decima dicta uff der Harth in terminis ville Selbold sita, honorandis viris et dominis domino Henrico preposito

1) »decrevibus« orig.

priori totoque conventui ecclesie Selboldensis ordinis Premonstratensis Moguntine diocesis dedimus, contulimus et presentibus resignamus pure et simpliciter propter deum; sic quod anniversaria nostra annis singulis peragere debent cum vigiliis et missa defunctorum et aliis solemni-
5 tatibus in ordine fieri consuetis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius presentibus duximus appendendum. Actum et datum anno domini M.CCC.XXVII., in crastino beati Johannis baptiste.

Zwei abschriften, eine im kopialbuche des klosters Selbold und eine im kopialbuche des gerichts Selbold. Birstein. Gedr.: Simon III 102.

10 315. *Abt Heinrich VI von Fulda stellt dem Gelnhäuser bürger Anselm von Crainfeld bürgen für bezahlung von wein.* 1327 *juli* 29. — 1327 juli 29.

Nota, dominus constituit Eckehardum de Bleichenbach militem et Johannem de Creygenvelt opidanum in Geilnhusen fideiussores apud
5 Anselmum de Creygenvelt pro duabus carratis vini conparatis pro XL libris hallensium solvendis eidem vel suis heredibus Martini proxime, cum supplemento, si vasa plus capiunt quam duas carratas vini. Quos inquam fideiussores absolvet liberos et indempnes. Datum ut supra.

(Die in der vorlage vorhergeh. urkunde ist von 1327 die Simplicii).
10 Abt Heinrichs Conceptenbuch nr. 485. Fulda, landesbibliothek, mscr. B 6.

316. *Gottfried von Eppstein, probst von s. Peter zu Mainz, gibt seinem kapitel gegenüber genannte ansprüche auf, unter anderem solche zu Grosskrotzenburg. Mainz* 1327 *august* 11. — 1327 aug. 11.

Nos Gotfridus de Eppenstein, custos maioris et prepositus sancti
5 Petri ecclesiarum Moguntinarum, tenore presencium recognoscimus per iuris peritos plenius informati, ab honorabilibus viris dominis . . decano et capitulo ecclesie sancti Petri predicte coram nobis ac pluribus fidedignis fore sufficienter probatum et a tempore, cuius memoria in contrarium non existit, a nostris predecessoribus inviolabiliter obser-
10 vatum, quod nec ipsi aut nos plus iuris exigendi seu petendi habeamus de universo blado et vino prebendarum ecclesie sancti Petri predicte, nisi quantum cuilibet canonicorum ipsius de communi pistrino ac cellario fuerit deputatum, reliquam vero partem in elemosinam eiusdem ecclesie deputatam, in quibuscumque rebus consistant, prefati . . decanus et
15 capitulum suis usibus applicabunt, cum nos in principio creacionis nostre infra quindenam de consuetudine elegerimus piscariam in Reno attinentem ipsi ecclesie pro elemosina supradicta, et nichilominus guaras, refecciones ac denarios pro kalendis deputatos in dicta ecclesia per-

cipiemus. Promittimus quoque, quod homines in Crozzenborg et bona ipsius ecclesie ubicumque constituta occasione quorundam lignorum cremalium nobis in dicta villa Crozzenborg, ut credebamus, debitorum non vexabimus nec inpetemus amplius, cum nullum nobis ius competat in eisdem. Preterea recognoscimus iurisdictionem prepositure nostre iam dicte debere in immunitate ecclesie sancti Petri prefate continue exercere. Premissa quoque omnia et singula bona fide loco corporalis prestita iuramenti promittimus firmiter observare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo . . honorabilium virorum dominorum iudicum sancte Moguntine sedis presentibus duximus appendendum. Et nos . . iudices prefati ad maioris roboris firmitatem necnon ad rogatum dominorum . . prepositi, . . decani et capituli ecclesie sancti Petri predictorum sigillum nostrum presentibus recognoscimus appendisse. Datum Moguntie, anno domini M°.CCC°XXVII°., III°. idus Augusti.

Orig.-perg. Beide siegel fehlen. Hanauer Urkunden, S. Peter zu Mainz.

1327 dec. 3.

317. *Process zwischen Luther von Isenburg und Simon Weise wegen des patronatsrechtes zu Wachenbuchen.* 1327 *december* 3.

Officialis domini prepositi ecclesie sancte Marie ad gradus Maguntine, datum per copiam. Protestabatur Johannes dictus Schelhart procurator Symonis dicti Sapiens nomine domini sui et pro ipso deposicionibus[1]), impertinentibus, implicitis, capessitis[2]) iuris et negativis ac aliis adque[3]) de iure respondere[4]) non tenetur; quod si per errorem ad eas responderit, quod huiusmodi sua responsio pro non facta habeatur. Item protestabatur nomine quo supra, quod si in responsionibus per ipsum factis aliqua contrarietas vel repungnancia sive iuris sive facti habendo tam respon*sa* ad easdem responsiones quam ad posiciones alias per ipsum exhibitas nomine domini sui reperiatur, quod absit, quod huiusmodi[5]) responsiones ut sic pro non[6]) factis similiter vult haberi; ponit per iuramentum in causa prestitum et probare intendit, si negetur. — Gerhardus de Sassenberg procurator nobilis viri domini Lutheri domini de Isenberg nomine ipsius procuratorio et pro ipso contra Symonem dictum Sapientem canonicum ecclesie Aschaffenburgensis[7]). In primis, quod ius patronatus ecclesie in Wachenbuchen descendit seu derivatur ab antiquo a dominio in Budingen: credit Johannes Schelhart procurator Symonis, quod ius patronatus ecclesie

Abweichungen des druckes bei Simon III 102: 1) deponentibus. [2) »capeösi« A.] 3) atque. 4) respondendum. 5) huius. 6) nunc [auch in A.] 7) Aschaffenburgensem.

parrochialis[1]) in Wachenbuchen descendat a feodis, iurisdictionibus et bonis in prima suarum posicionum positis et signatis. Item, quod ab eodem dominio ius patronatus multarum aliarum ecclesiarum necnon diversa feoda descendunt seu derivantur: ignorat Johannes procurator. Item quod de stirpe dominorum quondam de Budingen descenderunt nobiles viri, videlicet ipse dominus Lutherus de Isemburg[2]), quondam dominus Gotfridus de Brunecken, quondam dominus Conradus de Trymperg et quondam dominus Eberhardus de Bruberg senior una cum filiis suis dominis Gerlaco et Arresio[3]) ac eorum heredibus: hanc[4]) ponit coniunctim et divisim, ignorat Johannes procurator. Item, quod ius patronatus dicte ecclesie in Wachenbuchen ac similiter ius patronatus ecclesiarum parrochialium in Rendele et in Schottin ac aliarum diversarum ecclesiarum necnon et[5]) diversa feoda de predicto dominio Budingen devenerunt, descenderunt seu derivabantur ad progeniem dominorum quondam de Bruberg: hanc ponit, divisim ut supra ignorat. Item, quod dicta ecclesia parrochiali Wachenbuchen quondam vacante, Petrus quondam rector eiusdem ecclesie novissimus fuit[6]) per quondam[7]) dominum Arrosium tunc seniorem dominum de stirpe dominorum de[8]) Bruberg ad eandem ecclesiam presentatus: ignorat Johannes procurator, quis ipsum Petrum presentaverit[9]). Item, quod idem quondam Petrus ad presentacionem huiusmodi[10]) fuit de eadem ecclesia per loci[7]) archidyaconum[11]) investitus: credit Johannes, sed ad cuius presentacionem, ignorat. Item, quod idem quondam Petrus ex presentacione et investitura huiusmodi[10]) nactus fuit corporalem possessionem ecclesie prelibate: credit Johannes ut in precedenti. Item, quod eandem ecclesiam tamquam verus rector usque ad mortem suam idem quondam Petrus pacifice tenuit et possedit[12]): credit Johannes, sed ad cuius presentacionem, ignorat. Item, quod idem quondam Petrus pro vero rectore ecclesie huiusmodi[10]), dum vixit, habebatur et communiter reputabatur: credit Johannes. Item, quod prefatus quondam dominus Arrosius, dum vixit, fuerit ut sic[13]) in possessione seu[14]) quasi iuris ad dictam ecclesiam presentandi: ignorat Johannes. Item, quod pacifice et quiete: ignorat. Item, quod ab antiquo ita semper fuit, quod senior dominorum de stirpe Bruberg fuit et esse debuit verus dicte ecclesie in Wachenbuchen[15]) et generaliter aliarum ecclesiarum ipsis, ut predicitur, pertinencium patronus: ignorat. Item, quod solus senior dominorum ipsorum presentaverit[16]) et presentare habuit

1) parochialis *und ebenso weiter in der urkunde.* 2) Isinburg. 3) Arrosio. 4) haec. 5) ac. [6) »novissimi fiunt« A.] 7) fehlt bei Simon. 8) in. 9) presentavit. 10) huius. 11) arshidyaconum. 12) posedit. 13) fuit ut sit. 14) vel. 15) Wachenbuchin. 16) presentavit.

et debuit ad ecclesias huiusmodi[1]) pro tempore vacantes: ignorat. Item, quod idem quondam[2]) dominus Arrosius verus fuit ecclesiarum parrochialium in Rendele[3]), Schottin, in Wachenbuchen[4]) ac aliarum diversarum ecclesiarum patronus: hanc ponit divisim ut supra, credit de Rendele, de aliis ignorat. Item, quod pro tali vero domino habebatur et communiter reputabatur: credit ut supra de ecclesia in Rendele, de aliis ignorat. Item, quod ab antiquo ita semper fuit et de consuetudine huiusmodi[1]) proprie racionabili et prescripta et sic[5]) generaliter observatur, quod ius patronatus et collaciones feodorum ad heredes masculos et non feminas devolvuntur: hanc[6]) ponit coniunctim et divisim ignorat. Item, quod ita observatur et observari debet, quod decedentibus aliquibus ex dicta progenie Isemburg[7]), Brunecken, Trymperg vel Bruberg sine heredibus masculis ius patronatus et collaciones feodorum de dominio Budingen originaliter descendentes ad seniorem inter progenies aliarum eo ipso libere devolvuntur: hanc[6]) ponit ut supra, ignorat Johannes. Item, quod in tota Wedreybia[8]) similiter observatur et servari[9]) debet, quod descendentibus ab aliquo dominio seu stipite in diversas progenies pluribus feudis[10]) seu iuribus patronatus et decendente una progenie sine heredibus masculis iura patronatus et collaciones feodorum huiusmodi[1]) ad progeniem aliam devolvuntur[11]): ignorat. Item, quod progenies dominorum de Bruberg decessit nullo vero herede masculo de eadem stirpe relicto: ignorat. Item, quod dominus Lutherus de Isemburg[7]) nunc est senior inter progenies predictas dicti iuris patronatus ecclesie in Wachenbuchen habiles et capaces seu legitimos coheredes: ignorat. Item, quod ipse dominus Lutherus solus et senior inter dictas progenies in Isemburg[7]), Bruneck, Trimperg[12]) et Bruberg presentare habet et debet ad ecclesiam in Wachenbuchen antedictam: non credit Johannes. Item, quod ipse solus est et esse debet in possessione vel quasi iuris huiusmodi presentandi: non credit. Item quod habetur et reputatur haberi et reputari consuevit verus dicte ecclesie in Wachinbuchin et aliarum ecclesiarum predictarum patronus: non credit de ecclesia in Wachinbuchin, de aliis ignorat. Item, quod similiter habetur et reputabatur haberi et reputari consuevit pro possessore seu quasi iuris huiusmodi[1]) patronatus: non credit quoad ecclesiam in Wachenbuchen. Item, quod idem[13]) dominus Lutherus se solum bona fide credit et reputat[14]) verum eiusdem ecclesie patronum

1) huius. 2) fehlt bei Simon. 3) Rendelen. 4) Wachinbuchen. 5) racionabiliter et prescripte et. 6) haec. 7) Isinburg. 8) Wetreybia. 9) observari. 10) feodis. [11) »devoluntur« A.] 12) Trymperg. 13) ipse. 14) reputatur.

et esse et esse debere in possessione seu quasi iuris[1]) ad eandem ecclesiam presentandi: mentem seu intencionem ipsius domini Lutheri ignorat Johannes. Item, quod premissa seu ex eis[2]) que sufficiunt sunt vera: credit de confessis[3]). Item, quod[4]) sunt notoria[5]): credit de confessis[3]). Item, quod de ipsis est in opido Budingen, in Geylnhusen et in tota Wedreibia apud bonos et graves publica vox et fama: credit de confessis[3]). Has ponit ad presens salvis aliis loco et tempore ponendis cum protestacione[6]), quod ad probandum[7]) de premissis sibi necessaria[8]) tantummodo[9]) se astringit. Facte sunt hee posiciones et responsiones ad easdem anno domini millesimo tricentesimo vicesimo septimo, tercia non. Decembri*s*.

Rothes Buch, Birstein (A.) Gedr.: Simon III 102 »nach dem« (nicht wieder aufgefundenen) »Original-Concepte und vervollständigt aus dem rothen Buche« d. h. einer abschrift desselben in Büdingen.

318. *Revers des Mainzer klosters Altenmünster an Ulrich II von Hanau wegen der zins- und dienstfreiheit ihrer güter zu Kilianstädten. Mainz* 1328 *märz* 13.

1328 märz 13.

Nos soror . . abbatissa totusque conventus Veteris monasterii Moguntini recognoscimus tenore presencium et publice confitemur, nos infrascriptas litteras nobilis viri domini Ulrici domini in Hanowe vero ipsius sigillo pendenti sigillatas recepisse tenoris et continencie infrascripte, quarum litterarum per copiam sub sigillo . . abbatisse predicte de verbo ad verbum sibi duximus reconcedere: Nos Ulricus dominus in Hanowe recognoscimus tenore presencium publice profitendo, quod omnia et singula bona honorabilium et religiosarum dominarum . . abbatisse et . . conventus monasterii Veteris celle Moguntini sub iurisdiccione nostra in villa et campis ville Kyliansteden sita exemimus et eximimus per presentes a solucione census seu pensionis annue decem et dimidii octalium tritici, trium summerinorum siliginis, duodecim octalium avene mensure Frankenfordensis et unius libre hallensium necnon ab omni solucione seu prestacione subsidii, subvencionis, hospitalitatis seu cuiuslibet alterius servicii, quocumque nomine nuncupetur, nobis aut nostris heredibus in futurum debitis seu competentibus in bonis eisdem de consuetudine vel de iure, usque ad tempus solucionis sexaginta marcarum denariorum Coloniensium, quas eedem . . abbatissa et conventus pro exempcione huiusmodi nobis solverunt et integraliter tradiderunt, et non ultra. Dedimus

1) iuria. [2) »eius« A.] 3) confessione. 4) que. [5) »necnon« A. 6) prestacione. 7) probandam. [8) »ne tiam« A.] 9) noticiam termino.

quoque . . abbatisse et . . conventui predictis pro pensione huiusmodi Appelonem de Wunnecke armigerum in vasallum, quem si decedere contingeret, in locum ipsius . . vasalli eque ydoneum infra mensem post ipsius decessum proxime computandum subrogare vel personaliter ab ipsa domina . . abbatissa pro tempore existente pensionem eamdem et alia iura in feudum recipere deberemus, alioquin, quicquid vasalli predicte domine . . abbatisse dictarent, super eo humiliter sustinere. Ad que omnia et singula integraliter observanda et fideliter adinplenda nos et nostros heredes tenore presencium sigillo nostro sigillatarum ex certa sciencia efficaciter obligamus, dantes eas . . abbatisse et conventui sepedictis in testimonium super eo. Actum et datum Moguntie in curia monasterii sepedicti, anno domini M°.CCC°XXVI°. feria quinta proxima ante diem palmarum, presentibus discretis viris et honestis Epkino de Dorvelden milite, Appelone armigero advocato in Wunnecke, fratre Wasmůdo presbitero quondam preposito monasterii Veteris supradicti, fratre Johanne converso eiusdem monasterii, magistro Cunrado de Leybeche canonico ecclesie sancti Mauricii Moguntine, Johanne dicto Schelhard clerico Moguntino, Petro clerico et notario nostro, Hertwico de Winterauwe confratre monasterii sepedicti et Gerhardo sculteto ville Kyliansteden predicte testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Datum anno domini, loco et die predictis.

Orig.-perg. Das kleine ovale rothe siegel ist einmal gebrochen, sonst wohlerhalten. Hanauer Urkunden, Ortsrepositur.

1328 märz 17.

319. *Hanneman von Speyer zu Frankfurt bestätigt, das gericht Fechenheim vom kloster Arnsburg gelöst zu haben und sichert dem kloster das vorkaufsrecht zu.* 1328 *märz* 17.

Ich Hanneman von Spire ein bůrger zů Frankinford bekennen uffinliche an disem brife allin den, die in sehen adir horen lesen daz ich han gelost um die ersamen begebin lude minen herren den . . apt und den . . convent von Arnsburg daz gerichte zů Vechenheim mit nůn markin und andirhalb hundirt markin peninge genger und geber. und irkennen mich, daz ich die vorgenanten herren von Arnsburg in dem gerichte zu Vechenheim nit hoher adir nit me insal drangen. dan also die . . scheffen teilen uf den eit und von alder her ist kummen. Quem iz oůch darzů, daz ich zů rade wůrde, daz ich daz gerichte wolde vorkoufen bie minen lebetagen, so solde ich iz dem vorgenanten mime herren dem . . apt und dem . . convente zů koufe gebin um also viele geldis, als ich iz gelost han, nů (!) marg und andirhalb hůndirt marg phennigen. Und wanne ich iz in gebaden

hette, so han sie einen berat einen mand, ob sie iz lozen wollin adir nit; und wan der mand uz kummet, inwollin sie iz dan nit koufen, so mag ich daz gerichte darnach vorkoufen, weme ich wil, an alle widerrede eines itzlichen. Zů urkunde dirre dinge so gebin ich disen brief besigilt mit der stede zu Frankinford groz ingesigil, daz dur bede willen der vorgenanten herren von Arnsburg und miner bede willin an disen brif ist gehangen. Und wir der . . scholtheizz, die . . scheffen und der . . rat zu Frankinford bekennen uffinbar, daz wir durch bede willen der ersamen begebin lude des . . apts und des conventis zů Arnisburg und Hannemans von Spire unse groz ingesigil der stede zu Frankinford han an disen brif gehangen. Der ist gegebin, dů man zalte nach Cristes geburt drůzenhůndirt iar in dem achtundzwenzigisten iare, an sante Gedrude tag in der fasten.

Orig.-perg. Das siegel ist etwa zur hälfte erhalten. Hanauer Urkunden, Kloster Arnsburg. Gedr.: Documentirte Vorstellung, was es eigentlich vor eine Beschaffenheit mit denen Reichslehen der Graffschaft Hanau-Müntzenberg habe. 88; H. M. Landesbeschreibung 106 (230), daraus Lersner, Frankfurter Chronik II 127; Böhmer, Cod. M. F. 493.

320. *Kaiser Ludwig verpfändet Konraden von Trimberg als rittersteuer dreissig mark jährlich vom ungelte zu Gelnhausen und erlaubt ihm, das an Luther von Isenburg verpfändete dortige schultheissenamt für sich einzulösen. Rom* 1328 *märz* 22.

1328 märz 22.

Wir Ludowich von gots gnaden romischer cheyser, ze allen zeiten merer dez riches, veriehen offenlich an disem briefe, daz wir dem edeln manne Cunraden von Trimperg, unserm lieben getrewen, den wir nů ze unser crőnůng ze Rome ritter machten, ze rittersteure geben haben von unser cheiserlicher milte hundert march silbers. Fůir dieselbn (!) hůndert march silbers versetzen wir im dreizzich march geltes von dem ungelte ze Geylenhůsen; dartz̊ (!) erlouben wir und geben im volle macht mit disem briefe, daz schultheizampt ze Geylenhůsen ze lősen und ze ledigen von dem edeln manne Lůtherren[1]) von Isembůrg, dem ez ietz̊ stet umb dreihundert pfunt haller. Und sol er und seine erben die vorgenanten dreizzich march als lange aufheben und daz schultheizampt inne haben, untz wir oder unser nachchůmen an dem riche, cheiser oder chunige, die dreizzich march geltes umb hůndert march silbers und daz schultheizamt umb dreihundert pfunt haller von im oder seinen erben wider lősen. Und gebieten dem rat . .

1) das original hat: »Lůthren« und über dem »n« die abkürzung für »er«; mit »Lůt« schliesst dort die zeile. Vermuthlich sollte es heissen »Lůthern herren«.

und der gemain der pûrger von Geylenhûsen, unsern lieben getrewen vesticlich, daz si dem vorgenanten von Trimperg und seinen erben an allem, daz ze dem schultheizampt gehoȓt, warten und undertænich sein und si auch an den dreizzich march geltes nicht hindern, als lieb in unser hulde sei. Daruber ze urchund geben wir disen brief mit unserm cheiserlichen insigel versigelten. Der geben ist ze Rome an dem dinstag nach dem suntag iudica, do man zalt von Cristes gebûrt dreitzehenhundert iar, darnach in dem achtundzweintzigistem iare, in dem viertzehenden iare unsers chunigriches und in dem ersten dez cheysertûms.

Auf der rückseite steht, vielleicht von des Trimbergers eigener hand: »*xx guldi uf dem ungelde zu Geilinhusin und daz shultheizinamt*«.

Orig.-perg. Das kaiserliche majestätsiegel mit dem gegensiegel ist gut erhalten, es hängt an zusammengedrehten grünen seidenfäden. Frankfurt, stadtbibliothek. BR 974 und Nachträge s. 425.

1328 mai 27.

321. *Mechtild von Enzheim, bürgerin zu Gelnhausen, schenkt dem kloster Arnsburg ihren gesammten besitz, behält sich aber lebenslängliche nutzniessung gegen zins vor.* 1328 *mai* 27.

In nomine domini, amen. Ego Mechthildis dicta de Ennisheym opidana in Geilinhusin in cordis mei penetralibus bona michi licet inmerite ab altissimo elargita sedula meditacione pertractans cupiensque ipsa in fontis sui, unde fluxerunt, originem affectuose reverti, tenore presencium publice recongnosco et universis tam presentibus quam futuris presentes li*tt*eras visuris vel audituris notifico in eternum, quod provida et circumspecta deliberacione prehabita, conpos mentis et corporis, in honorem et gloriam domini nostri Jhesu Christi dei crucifixi redemptoris nostri, a quo omnia bona effluunt et procedunt, et in veneracionem sanctissime genitricis eius gloriose virginis Marie patrone ecclesie monasterii in Arnsburg Cysterciens*is* ordinis Magun*tine* dyocesis, apud quam dulcis memorie quondam Johannes filius meus unice dilectus et ibidem citra tonsuram ad noviciandum receptus tumulatus requiescit, insuper in remissionem omnium peccaminum meorum et ob suffragium anime quondam . . mariti mei dilecti ac omnium progenitorum meorum, quorum nomina contineat liber vite, omnia et singula bona mea mobilia et inmobilia quocumque tytulo habita vel in posterum toto processu vite mee quomodolibet acquirenda atque universa et singula iura mea iam habita vel habenda, in quibuscu*m*que consistant seu consistere spectabuntur, cuiuscu*m*que nominis, condicionis seu specificacionis fuerint, in domibus, areis, ortis, curiis, vineis, pomeriis, agris, terris cultis vel incultis, pratis, pascuis, cen-

sibus, redditibus, obvencionibus, debitis, in quibus debitores mei in presenti seu in posterum mic*h*i ex quibuscumque contractibus tenebuntur et obligabuntur vel iam obligati existunt, p*r*estimo*n*iis, pertinenciis quibuscu*m*que et iuribus in rebus mobilibus meis, cuiuscumque speciei, mensure, ponderis, numeri et valoris fuerint vel in posterum videbuntur, in quocu*m*que loco sita, deposita seu reservata sive inventa fuerint, ex hoc, nunc et in evum religiosis et honorabilibus viris domino . . abbati et . . conventui predicti monasterii ac monasterio Arnsburg antedicto nuda, pura, devota, spontanea, simplici et gratuita donacione inter vivos libere facta in perpetuum irrevocabiliter duratura coram infrascriptis . . sculteto et testibus sollempniter stipulando dedi, tradidi, cessi et resignavi necnon ab omnibus bonis et iuribus prenotatis me et personam meam expropriavi et ipsa in predictos . . religiosos et monasterium suum prefatum pleno iure transtuli ad possidendum et ipsis proficiendum tempore sempiterno. Et quidquid favente domino in rebus mobilibus vel inmobilibus quocu*m*que tytulo acquisiero, non mic*h*i sed prefatis religiosis et monasterio exnunc ut extunc confiteor acquisitum. Confiteor quoque expresse, quod prenotati . . religiosi retento tamen sibi dominio et iure predictorum bonorum et iurium pro sustentacione vite mee tanquam mere usuarie usum simplicis facti prefatorum bonorum et ius sic utendi eis ex graciosa providencia, quamdiu vixero, reliquerunt, et huiusmodi ius, usus simplicis facti bonorum et iurium predictorum in obitu meo totaliter extinguetur et pro extincto et cessante debet ab omnibus, nulla excepcionum iuris, beneficiorum et consuetudinum refragante, simpliciter reputari et prefatis . . religiosis et monasterio in perpetuum debet libere remanere. Insuper supradicti . . religiosi procuracionem et amministracionem predictorum bonorum et iurium nomine ipsorum et dicti monasterii sui, quamdiu valuero et vixero, fideliter agendam, mic*h*i et persone mee tantummodo quasi yconome sue de mea confisi providencia commiserunt. Quam in hiis scriptis pollicior (!) fide bona ipsis pro suis utilitatibus fideliter exequendam. Promitto quoque sturas regales et alias collectas et servicia sive onera supradicto opido Geylinhusen et opidanis suis secundum consuetudinem pro tempore incumbentes, quociensc*u*m*m*que debitum et oportunum fuerit, pro rata predictorum bonorum et iurium nomine prefatorum . . religiosorum et monasterii per omnia expedire, ne ipsi de hoc aliqua et predictis . . religiosis questio referatur. Spondeo quoque et ad hoc me obligo in hiis scriptis, quod de omnibus et singulis rebus antefatis predictis procuracioni et amministracioni sive yconomatui meis ut predicitur commissis ac eciam usui meo ad vitam meam relictis, antedictis religiosis et monasterio prefato veris dominis

bonorum predictorum annis singulis in festo beati Martini hyemalis. quamdiu vixero, in protestacionem et recognicionem publicam directi dominii et utilis atque iuris eorundem . . religiosorum et monasterii sui in bonis omnibus prelibatis necnon continuate possessionis et usucapionis ipsorum et dependencie ab eisdem bonorum iamdictorum unum solidum denariorum Wedreŭbiensium quasi census annui et oblacionis nomine debeo presentare. Pro anniversario quoque prenotati filii mei in supradicto monasterio annuatim devocius peragendo ad pitancias conventus ibidem unam marcam denariorum predictorum, quam post mortem meam de domo sua, quam in presenti in Geilinhusen inhabito, debent tollere, de officio amministracionis mee predicte in domo iamdicta, quamdiu vixero, annis singulis ante diem anniversarii prenotati procuratori pitanciarum predictarum debeo ministrare, post obitum quoque meum omnia et singula bona mea mobilia et inmobilia supradicta et integer usufructus et amministracio et disposicio ipsorum predicto monasterio remanebunt libere et solute. Renuncio quoque excepcionibus ingratitudinis, doli mali et ob defectum cause atque metus causa, accioni in factum, beneficio resumpcionis ob procreacionem sobolis ex secundis nupciis celebrandis ac omnibus et singulis iurium beneficiis canonici vel civilis, per que omnia vel singula supradictis . . religiosis et suo monasterio quacu*m*que arte vel ingenio possit vel deberet in iure vel extra in quolibet premissorum aliquod preiudicium generari. Testes, qui viderunt et audiverunt premissa et ad ea vocati fuerunt, sunt viri hon*esti*: Hermannus Fůzechin scultetus, Syfridus et Hartmannus fratres dicti de Breydinbach, Eberhardus filius quondam Gůde, Wortwinus Spickelin, scabini, Jůngo filius Syfridi predicti Fridericus iunior von der Eckin, consules in Geylinhusen, fratres: Syboldus rector curie in Geilinhusen, Johannes Wengezzere cellerarius Heinricus de Gyzen bursarius, monachi sacerdotes monasterii antedicti et alii quam plures fidedigni. In quorum omnium robur perpetuum et evidens testimonium premissorum, prout superius sunt conscripta. quia sigillo proprio careo, presentes li*tt*eras honorabilium virorum . . prepositi ecclesie Selbuldensis, . . plebani in Geylinhusen ac ipsius opidi predicti in Geylinhusen sigillis, quibus ta*n*quam proprio utor, ad instanciam meam nomine meo appensis, ita quod quodlibet ipsorum. quod appensum fuerit, eciam sine alio vel aliis non appensis per se in solidum sufficiat et plenam fidem faciat omnium premissorum, obtinui communiri. Datum anno domini M°.CCC°.XXVIII°., feria sexta infra octavam sancti festi penthecostes.

Orig.-perg. Das siegel des propstes hängt an grünen, das des pfarrers an rothen seidenfäden, beide sind spitzoval und gut erhalten; unter der stelle. ...

die grünen seidenfäden eingehängt sind, befinden sich einschnitte wie für ein siegel, sonst ist keine spur davon, dass auch die stadt gesiegelt hätte. Lich, Arnsburger Urkunden. Im auszuge gedr.: Baur, Arnsburger Urkundenbuch 389.

322. *Kaiser Ludwig verkündet den wetterauischen reichsstädten seine erfolge in Italien.* 1328 *ende mai.*

1328 ende mai.

Ludowicus dei gracia Romanorum imperator et semper augustus prudentibus viris consulibus ac universis civibus in Frankenvort, Ghelenhausen, Vredenborg et in Wetflar, suis et imperii dilectis, graciam suam et omne bonum. Dedit nos deus in lucem gentium, ut sit laus nostra usque ad supremum et ultimum terre. Ecce enim peractis feliciter, que circa statum Lombardie, Tuscie et Campanie, Matimape, Campestrini et Montanarum necnon et urbis Rome eiusque districtuum et vicinarum partium fuerant facienda, perfectisque, que circa sollempnitatem coronationis nostre et destitutionem illius apostatici Jacobi de Cathorco ac institutionem sanctissimi viri domini Nicolai pape quinti et creationem cardinalium extiterant adimplenda, in auctore salutis in Apuliam potenter progredimur ad illius hostis pestiferi Roberti de Provincia exterminium sempiternum. Quo favente domino breviter consumato totum mundum in pacis commodum reponemus.

BR. 2707, seitdem gedruckt: Böhmer, Fontes R. G. I 203.

323. *Die stadt Gelnhausen bezeugt die schenkung Mechtilds von Enzheim an das kloster Arnsburg.* 1328 *juni* 9.

1328 juni 9.

Nos . . scabini et . . consules opidi in Geylinhusen recognoscimus publice in hiis scriptis, quod honesta matrona Mechthildis dicta de Ensheym coopidana nostra in nostra presencia constituta publice recognovit, quod omnia et singula bona sua mobilia et inmobilia, cuiuscumque qualitatis, speciei, condicionis, situs et nominis existant, in presenti habita vel in posterum quocumque tytulo acquirenda, atque iura sua ad ipsa bona iamdicta creata vel creanda spontanea et libera donacione inter vivos facta irrevocabiliter, nullis casu, eventu, excepcione vel iurium beneficiis repungnantibus seu repugnare debentibus, perpetue duratura dederit, tradiderit, cesserit et resignarit religiosis viris . . abbati et conventui monasterii in Arnsburg Cysterciensis ordinis et monasterio suo iamdicto nomine pure et sempiterne elemosine possidenda pariter et habenda. Recognovit quoque, quod usum simplicis facti pro sustentacione vite sue bonorum antedictorum a prenotatis . . religiosis salvo iure dominii sui in bonis eisdem sibi esse concessum et graciose relictum solummodo ad tempora vite sue. Insuper reco-

gnovit sibi amministracionem et procuracionem sive yconomatum predictorum bonorum tam mobilium quam inmobilium, habitorum et habendorum, tanquam famule et procuratrici sue fideli a prenotatis religiosis ad dies vite sue nomine eorundem religiosorum et monasterii sepedicti, quamdiu viveret, agendos fore commissos et preter huiusmodi procuracionem et administracionem predictas et usum facti simplicis pro sustentacione vite sue prefatum in obitu suo exspirandas nichil sibi plus iuris competere in bonis omnibus memoratis, et quidquid in posterum acquireret censeri debere supradicto monasterio et nomine eiusdem fore acquisitum et in ius ipsius extunc ut exnunc plenarie transivisse. Preterea recognovit, quod in recognicionem et protestacionem donacionis, possessionis et continuacionis eiusdem necnon iuris et dominii prefatarum prenotatis religiosis in antedictis bonis competencium de usu, amministracione et procuracione antedictis annuatim in festo beati Martini hyemalis, quamdiu viveret, nomine oblacionis sive census annui unum solidum denariorum Wedreûbiensium se debere solvere et predictis religiosis vel ipsorum nuncio presentare. Amplius recognovit, quod sturas, collectas et exactiones regales et ex aliis causis necessariis nostro opido predicto pro tempore incumbentes ipsa Mechthildis secundum ratam predictorum bonorum solvere debeat et legitime expedire. In quorum omnium evidens testimonium tam predictarum recognicionum quam rerum recognitarum ad peticionem et rogatum Mechthildis predicte sigillum opidi nostri ex certa sciencia appendimus huic scripto. Datum anno domini M°.CCC°.XXVIII°., in die sanctorum Primi et Feliciani martyrum.

Orig.-perg. Das runde siegel ist ziemlich gut erhalten. Lich, Arnsburger Urkunden. Erwähnt bei Baur, Arnsburger Urkundenbuch, 390 anm.

1328 juni 24.

324. *Kuno von Falkenstein genehmigt, dass die lehen Wenzels von Köbel, falls er ohne söhne sterben sollte, auf Wenzels tochter Gela übergehen dürfen.* 1328 *juni* 24.

Wir Kune von Valkinsteyn, herre zu Mynzinberg, bekennen und dun kunt allin den, die dissin brib sehin adir horin lesin, das wir durch beytte willin des strengin ritteris hern Wenzelin von Kebele, unsis lybin burgmannis zû Assinheym, gehengit han und gehengin an disme bribe, das he Gelin sinir dochtir disse guyt und gulde, die hy hernach gescrebin steyn, die he von uns zû burglehinne hat, abe he ane lehins eyrbin abbe ginge, gemachit hat: myt nammin sinyn haf zû Assinheym, da he inne wonnit, dri morgen weysin und eynin gartin auch zû Assinheym, vonf unde zwenzic schyllinge geldis Weder-

eybisschir penninge zů Nuwinburg und eyne hůbe landis zů Akarbin und eynin haf auch alda, zů alme dem rechte, als se der vorgenante Wenzele besessin hat und besiczzit, zů habene und zů besizene ane allirleyge wydirrede und hindirsal unsir und unsir erbin. Des zů 5 eyme urkunde und stedekeyt so han wir unse ingesigele an dissin brib gehangin. Der ist gegebin nach godis geburt druzehinhundirt iar in dem echte und zwenzegistin iar, an sente Johannis dage des deuferis, als he geborin wart.

Orig.-perg. Das schöne reitersiegel ist stark beschädigt. Hanauer Urkunden, 0 Adel. Auszug in Bernhards Antiquitates Wetter. P. Spec. I 8.

325. *Das kloster Seligenstadt verkauft an Mechtild Selboldern haus und hofstatt zu Gelnhausen.* 1328 *juli* 1. 1328 juli 1.

Nos Thilemannus dei gracia abbas, .. prior totusque conventus monasterii in Selgenstad ordinis sancti Benedicti recognoscimus pre- 5 sencium inspectoribus ac auditoribus universis meram veritatem subscriptorum publice profitentes, quod bona deliberacione et tractatu sufficienti prehabitis inter nos, requisitis super eo omnibus requirendis, accedente consensu bono ac voluntate tocius nostri conventus et penitus unanimiter concordantes honeste matrone domine Mechthildi dicte 0 Selboldern, relicte Conradi dicti Selbolder, et omnibus suis heredibus, opidanis in Geylenhusen, domum nostram et aream dictam zume Hasenscharten sitam ibidem in Geylnhusen statim iuxta pontem lapideum, qui protenditur de valva interiore, que dicitur der Rotbertertore, contiguam ex uno latere platee, que dicitur die Schifgazze, cum omni 5 iure, dominio, usufructu, honore et attinenciis, quibus easdem domum et aream actenus possedimus seu possidere inantea deberemus, pro octoginta libris hallensium legalium et bonorum nobis integraliter et utiliter persolutis et in utilitates et in usus nostros necessarios et monasterii nostri predicti traditis et conversis vendidimus titulo pro- 0 prietatis perpetuo et libere possidendas, omne ius et dominium, quod in dictis domo et area nos et monasterium nostrum prefatum habuimus seu habere deberemus, in predictos emptores videlicet Mechthildim et suos heredes transtulimus et transferimus per presentes nichil nobis iuris reservantes in eisdem; promittentes eciam expresse dictos emptores 5 de domo et area memoratis et de proprietate secundum opidi Geylnhusensis predicti morem debitum et consuetum iusticialiter warandare et ab inpeticione cuiuslibet persone ecclesiastice vel mundane salvos reddere et indempnes. Renunciantes nichilominus expresse pro nobis et omnibus nostris successoribus excepcionibus omnibus iuris et facti,

